

Yd
122

Westphal

Insignia Magdeburgi

1685



QK. 1

2

M

M




Qk. 136, 22.

Fol. xxii. no. 47.

Yd
122

A. Ω.

INSIGNIA MAGDEBURGI



in

Celeberrimâ Lipsiensium Academia

P. P.

PRÆSES

M. JOACH. CHRISTIANUS Westphal

Neo-Ruppino-Marchicus,

&

RESPONDENS

SAMUEL HENRICUS Schmid

Quedlinburgo-Saxo.

Ad d. XIX. Decembr. A. C. 1735 LXXXV.

H. L. Q. C.



LIPSIÆ, Literis GOEZIANIS.

[Ant. II, 708 b]
94

H. M. Erola



2179.

VIRIS

Magnificis, Præ-Nobilissimis, Excellentis-
simis, Consultissimis, Spectatissimis, Pruden-
tissimis atqve Integerrimis,

DOMINO PRÆSIDI,
DOMINIS CONSULIBUS,
CAMERARIIS

& reliquis

Amplissimi Ordinis Senatorii

INCLUTAE REIPUBLICAE MAGDEBURGENSIS

MEMBRIS DIGNISSIMIS,
GRAVISSIMIS,

Dominis, Patronis ac Promotoribus suis
humillimâ cum observantiâ devenerandis,
suspiciendis,

Hanc

de Splendidissimis Ipsorum Insignibus

Dissertatiunculam

devotissimè

D. D. D.

eâq; interprete se ac sua studia humillimè
commendat,

Cliens ac Cultor tantorum Nominum æternus,

M. Joachimus Christianus Westphal/
Præses.

I. N. J.

Lectori Benevolo

S. P.



Insolentiae, ne gravius dicam, insimulare me possis, LECTOR BENEVOLE, si cum splendido Dissertationis hujus titulo obscurum auctoris, (at quantilli hominis!) nomen conferas. Ecquis enim ego sum, qui de INSIGNIBUS MAGDEBURGI differere gestiam? Insignia insignes profecto Viros & in excelsa famae specula constitutos decent, Bartolos, puta, Chassaneos, Linnaeos, Speudelios, Menestricios, Gibbonos, Wisemannos, Speneros, Haepingios, Sibmacheros, Furstios & alios, non juvenem in imis adhuc subselliis haerentem, ac de Schola, quod in proverbio est, hominem. Magdeburgum Commentatorem postulat, qui, ut ipsa

--- *Tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi, **

& ipse reliquos claritate nominis ac doctrinae antecellat, aut ad minimum eum, quem ipsa non genuerit tantum, sed & educarit, non vero hominem novum atque extraneum. Ita, opinor, judicas, AMICE LECTOR, nec falso judicas, ignarus, quae ad haec me conamina stimularunt, argumentorum; illa enim si audieris, saltem veniam, si non

A 2 _____ appro-

* Virgil. Eclog. I. v. 25, 26.



approbationem, mereri me, spero, fateberis. Declaranda nimirum grata mens aliquando erat Civitati huic Inclytæ pro innumeris beneficiis, quibus me meosque Parentes, *ἄνθρωποι καὶ ἄγιοις*, non ornavit, sed oneravit penitus: Patroni isthic & alibi florentes specimen studiorum in Academia hactenus continuatorum expectabant: Rigore insuper Statutorum Almæ nostræ laudatissimorum publicæ Philosophorum censuræ tenebar nonnihil subjicere. Quid demum facerem ego aliud, quàm ut dispicerem sollicitè, quâ viâ à debito hoc triplici (reliqua enim studiosè taceo) me extricarem. Quod dum ago, affectu, nescio quàm effuso, in dulcissimam Magdeburgum impulsus, pro labor confestim in hæc splendida ejusdem Insignia. Sed vix arriserat illustris materia, cum initime poeniteret consilii, eò, quod ipsi dignè elaborandæ ne minimâ quidem ex parte sufficeret curtissima viricularum mearum supellex. In utramque partem sic scisso animo, (modò enim pertegendam telam, modò aptiori relinqvendam iudico) tandem pietas atque observantia in Patriam, (licet eam blando hoc titulo salutare, quia

Non Patria est tantum, quæ primos præbuit ortus,

*Sed quocunque loco vivere dulce fuit, *)]*

metum ineptitudinis superavit, ac, quicquid jam prodit pagellarum, DEO benignè adjuvante, Præcepto-

*) *Lotich. Libr. II. Eleg. II. p. m. 40.*

ceptoribusq; ac Patronis, quibus Philyræa nostra affluit, ex apparatu suo librario me sublevantibus, manibus meis subinde renitentibus tantum non extorsit. Atque illud limatissimo Tuo, BENIGNE LECTOR, omniumq; Bonorum iudicio nunc commendo, quæ decet, observantia precatus, ut, quæ atro digna carbone occurrent, in meliorem partem accipias, probè memor, nihil frequentius circumstare hominem, maximè juvenem, quàm errores, in quos, uti alibi, ita hîc imprimis proclivis patuit lapsus *obscurissimam illam Antiquitatum Saxonicarum caliginem*, de qua jam ante me conquesti sunt alii Viri Summi. Si quæ tamen non planè rejicula offendis, illa velim candido, candidus si es, lapillo signes, non nescius, ingenii probi velut fomitem esse applausum, quem sibi à Viris eruditis & probis videt adjici.

Atque sic ingredi Penetralia Disertationis ipsius, quam in duas Sectiones distinctam reperies, quarum PRIOR de MAGDEBURGO, tanquam Insignium Subjecto; POSTERIOR de Adjuncto s. INSIGNIBUS IPSIUS, PHILOGICO - HISTORICE, & postmodum, superponendi cujusdam loco, SYMBOLICE & ALLEGORICE aget. Faxit DEUS etiam atque etiam FELICITER!

SECTIO I.

De

MAGDEBURGO,

Ejusdemque origine.

§. I.

Aμεθόδως fortè me gero, peculiarem hanc de Magdeburgo Sectionem constituens, cum Titulus in frontispicio positus solam Insignium theoriàm videatur promittere. Sed ab hoc vitio facilè me absolvet, qui in Logicorum (1) Scholis vel leviter versatus didicit, εὐμεθόδως potiùs eum procedere, qui, factò à Generalioribus initio, descendit deinde ad Specialiora, id quod hoc etiã loco observandum putavi. Accedit, quod Methodistæ in thematis alicujus tractatione nullam partem deesse, nullam superesse velint, in quod monitum, his omisissis, nolui studiosè esse injurius, præsertim, cum vel ignarum invitumque, ob multorum, quæ huc pertinent, ignorationem me hîc peccaturum prævideam. Imò verò nisi Accidens, quale sunt Insignia, voluissem suo Esse, quod est alteri inesse, spoliare, non potui ipsorum Subjectum sicco, quod ajunt, focco præterire.

§. II. Equidem' sufficeret Lectorem hîc remisisse ad elegantissimam Dissertationem de Antiquitatibus Archi-Episcopatus Magdeburgensis (2) Viri Excellentissimi atq; in hoc studiorum genere versatissimi, Dn. D. Casp. Sagittarii, in quâ *ἡμετέρας* velut loco integram de fundatione Urbis Magdeburgicæ historiam prolixè (3) discussit Auctor Clarissimus. Ast tamen, cum illam non in omnium manibus versari putem, ac præter ibi citatos Scriptores consulere nonnullos alios mihi licuerit, volui & hîc meam ipsius qualemcunque operam Lectori commodare, hâc tamen lege, ut, si filium laudati Sagittarii Ariadnæum in tanto sententiarum labyrintho semel vel bis secutum me observet, non statim odioso otiosi expilatoris titulo me oneret, cum ingenuè apertèq; profitear, per quem aliquantisper profecerim.

§. III.

(1) ex innumeris vide Christ. Scheiblerũ Oper. Log. Part. IV. Cap. XVIII. p. m. 798. seqq. (2) prodiit Jena mense Sept. Anni 1684. (3) à §. VIII. ad XLIV.

§. III. Atque hinc ut ab ovo, i.e. nomine exordiar, tenendum est, Magdeburgum (quod *Magathaburg*, *Magadoburg*, *Magadaburg*, *Magadeburg*, (4) *Megedeborch*, (5) *Magdeburgæa*, (6) *Magdeburga*, (7) *Madeburgum*, (8) *Meydenburg*, (9) *Magdeburgium*, (10) *Magdeburgum*, (11) &c. scriptum, ac alio nomine Παρθενόπολις vel Παρθενοπη (12) appellatum reperi) à *Maid* / *Magad* s. *Maged* & contractè *Magd* / i. e. *virgo*, & *Borg* s. *Burg* / i. e. *castellum* s. *munimentum* [utrâque voce Germanicâ rectius quàm Græcâ (13)] communiter denominari, adeò, ut Auctorum ad unum fermè omnium consensum mirari hâc in re satis non possim, cum contra, quæ illa *Virgo* sit, summo inter se dissideant opere.

§. IV. Accuratiùs si eos inspicio, in nonnullis *nudam allusionem*, in pluribus *derivationem magis realem* deprehendo.

§. V. *Ludere omninò & alludere puto Petrum Lotichium Secundum, illum suæ ætatis Poëtam elegantiore nulliq; secundum*, (14) qui à formâ puellarum *Magdeburgensium* eleganti dictum vult *Magdeburgum*, ad *Marcum Eridanum* familiarem ita scribens: (15)

*Ut vetus hæc meritò, quam præterit herbifer Albis,
Urbs de Virginibus nomen adepta gerit:
Tot quoniam facie præstantes, Marce, puellas,
Quamlibet è mediæ sanguine plebis, habet.
Nostra nihil certè videt his formosius ætas,
Vix Helene talis, vix Ariadna fuit.*

Sunt

- (4) in antiquis *Diplomatibus Caroli M.*, *Johannis XIII. Papæ*, *Ottonis I.* & aliorum. (5) *Albertus Cranzius Sax. Lib. II. Cap. XII.* (6) *Job. Stigelius Vol. I. Poëm. pag. m. 216.* (7) *Matthæus Dresserus de præcipuis urbibus Germaniæ, Rub. Magdeburga p. m. 409.*
(8) *Sebastiani Besselmeieri metaphrastes anonymus in descriptione obsidionis Magdeburgicæ An. 1550. & 51.* (9) *Abrah. Saurius im Städte-Buch lit. M.* (10) *Phil. Cluverus Introd. Geograph. in German. Cap. XVII.* (11) *Dav. Vechnerus in Breviario universæ Germaniæ p. m. 181.* (12) *Sigebertus Gemblacensis in Chronographiâ p. m. 79. & Dresserus c. l.* (13) *Vide modò laudati Sagittarii Antiquitat. Magdeb. §. X. & XI. it. Historiam originum urbis Lunæburgi, & Historiam Rensburgi, urbis Holsatiæ, it. Job. Angel. Werdenhagen de Rebus publ. Hanseaticis Tract. III. Cap. I. p. m. 75.* (14) *Job. Hagius in ejus vitâ p. 399.* (15) *Libr. II. Carm. p. m. 170.*

*Sunt tamen & faciles, [mirum!] fastuq; carentes,
Numen & Aonidum qui venerantur, amant.*

(Hæc verò ratio si valet, cur non nostram potius, in qua hæc scribi-
mus, Lipsiam, quâ

Non Venus ipsa venusta magis - - -
[elogio venustissimi Poëtæ Taubmanni (16)] pulcherrimarum puel-
larum matrem fertilissimam tali dignam nomine judicavit?

§. VI. Realem verò magis derivationem intendere videntur illi,
qui vel ad Deam aut Deas tutelares, vel ad fundatores vel ad re-
stauratores habent respectum. Sed de hæc sententiarum diversita-
te statuere certi quid ante non potero, quàm ipsa, quibus nituntur,
fundamenta lustravero, ad quorum *inquisitionem* partim *ἰσοεὐκὴν*,
[ubi, quid sentiant auctores, nudè afferam] partim *ἰσοεὐκὴν*, [ubi,
quos rectè an secus sentiam sentire, dicam] comòdè nunc descendo.

§. VII. Nimirum alii natales Urbis nostræ extendunt *ultra*
tempora nati Servatoris, alii *citeriores his illos* faciunt.

§. VIII. Inter prioris *Classis* auctores eminent *Scriptor anonymus*
Vetusti Chronici Saxonici [cui pollicem premere videtur *Mich. Sach-*
sus (17)] memorans, Primum Romanum Imperatorem Julium 47-
annos ante C. N. septem arces s. castella, in perpetuam victoriæ à
Germanis deportatæ memoriam, exstruxisse in Germaniâ secun-
dum nomen & numerum Planetarum, quos inter *Saturno* Sater-
burgum s. Hartisburgum, *Marti* Martisburgum, *Veneri* Magde-
burgum, *Jovi* Hammonio Hamburgum, *Soli* Solqvellam, *Lunæ* Lu-
næburgum, *Mercurio* Eile- seu Ileburgum dicaverit, referentibus
Petro Albino, (18) *Johanne Pomario* (19) & *Eliâ Schedio*, (20) quanquam
postremus ille secundum ordinem, quem Planeta in orbe cœlesti
tenent, [juxta versiculum:

Post SIM SUM sequitur, pallida LUNA subest,]
castella illa disponit, & in locum Ileburgi Heresburgum substituit.

§. IX. Ad hanc Classem [propter convenientiam temporis] refe-

(16) *Schediasm. posthum. Libr. Epic. p. m. 65.* (17) *Chronici Casariens.*
Part. III. pag. m. 14. in Carolo M. quanquam is sibi sæpenuerò hac in
re non constet. (18) *Chronic. Misn. Tit. XI. pag. 304. seqq.* (19) *in*
Summâ Chron. Magdeburg. An. 1587. edit. p. 1. (20) *de DIs Germanis*
Syngrammat. IV. Cap. I. p. 490.

referendus etiam est *Andreas Wernerus* (21) cum suis, si quos habet, complicibus, autumans, Julium Cæsarem concubinam aluisse nomine Parthenam, cujus amori honoriq; Urbem hanc fundare, & Parthenopolin appellare voluerit.

§. X. Qui post *incarnati Verbi tempora* Magdeburgi ponunt, vestigia, in duplici iterum sunt differentiâ. Quidam enim de *fundatione*, quidam de *restauratione & amplificatione* loquuntur.

§. XI. De *Fundatione* qui solliciti sunt, in *quatuor* denuò se scindunt ordines. Nonnulli [quos inter *Cranzius* (22) & *Dresserus* (23)] putant, tribuendam eam esse *Druso, Augusti Caesaris Privigno*, qui septimo [juxta quosdam vigesimo] post C. N. Anno in Germaniam cum exercitu missus, partem illam, quæ Rhenum inter & Albim intercipitur, Romano subjectam imperio propugnaturus, 50. vel 60. munimenta ad Mosellam, Visurgim, Rhenum, Salam & Albim locaverit, Romanoq; præsidio instruxerit, cujus gregarios milites limitaneos s. riparenses, præfectos autem Burggrafios s. Liminarchas, castella verò clausuras provinciarum appellarint, inter quæ eminuerit Magdeburgum, ubi milites Veneri, Deæ suæ Gentili, sacra fecerint, ejusq; nomini hoc Burgum consecrarint: sicut laudatos Autores explicat *Pomarius* (24). Huic patrocinari asserto videtur *Bilibaldus Pirckheimerus*, (25) quem postea secuti sunt alii, ut *Pomarius*, (26) *Job. Angelius Werdenhagen*, &c. (27) augurantes, Mesuvium illud, cujus mentionem facit *Ptolomeus Alexandrinus*, (28) idem planè esse cum Magdeburgo (*Meydburg* vel *Meden*, nostro, quod trophæis illis *Drusi* annumeratur.

§. XII. *Aliqui* fundatorem Magdeburgi agnoscunt Principem quendam Germanum, quem sub Romanis stipendia meruisse, sed idololatricâ eorum religione imbutum, in patriamq; reversum, Romanis Deastris castella, & Veneri quidem hoc nostrum, ex-

B stru-

(21) *Chronic. Magdeb. quod primum Magdeburgi An. C. 1584. excusum, & nuperrimè ibi recusum prodiit.* (22) *Sax. Libr. II. cap. XII. & Metrop. Libr. I. Cap. III.* (23) *lib. cit. p. 409.* (24) *Chron. Magdeb. p. 4.* (25) *in perbreui Germaniæ ex variis Scriptoribus explicatione edita Basil. 1544. p. 23.* (26) *lib. cit. p. 6.* (27) *de Rebuspubl. Hanseat. Tract. III. Cap. I. p. m. 72.* (28) *Libr. II. Geographia.*

scribi-
puel-
illi,
ad re-
rfitat-
ntur,
xixv,
[ubi,
endo.
ultra
ymus
Sach-
m 47.
oria à
cun-
ater-
agde-
e Lu-
tibus
quam
elesti
ituit.
oris]
refe-
ariens.
bac in
) in
manis



struxisse perhibent: quod facit *Cranzius*, (29) nec obscurè *Elias Schedius*, (30) & nonnulli alii.

§. XIII. Porro non deest *alia sententia*, quæ originem nostræ Urbis ad tempora Caroli M. adeoq; ad confinia Sec. VIII. & IX. refert. Suam hanc recentissimè videtur facere laudat⁹ *Dn. Sagittarius*, his se verbis explicans: (31) *De ipsius Urbis originibus si quisquam est sollicitus, is sibi persuadeat velim, jam Carolino ævo sive à Saxonibus conditū, & à Carolo M. aut ejus Ducum aliquo occupatum, vel recenter à Francis constructum fuisse castrum, quod procedente tempore auctis circa illud domibus & vicis in justam creverit civitatem.*

§. XIV. Deniq; alii *Ottonem M. ejusq; Conjugem Edittam*, [quam alii *Edgid*, (32) *Editham*, *Egiddam*, *Egyddam* scribunt,] unicos & solos nostræ hujus Urbis auctores agnoscunt & venerantur, *Johannem* puto *XIII. Papam*, (33) quem *Sec. XI. Ditmarus, Mersburgensis Episcopus*, (34) & hunc *Adamus, Bremensis Canonicus*, (35) *Helmoldus*, (36) & *Albertus, Abbas Stadensis*, (37) sequuti sunt.

§. XV. Sed ab his recedunt, qui laudatis, *Ottoni M. & Edittæ*, non quidem *foundationem, restorationem* tamen oppidi ante ibi collocati, ac *amplificationem τῶν ἀμφοῶν* largiuntur. Faciunt hoc *Albertus Cranzius*, (38) *Sebastianus Münsterus*, (39) *Georgius Fabricius*, (40) *Henricus Buntingius*, (41) *Michaël Sachsus*, (42) [sed hic, quod obiter noto, ἐναντιοφάνως sibi contrarius est, dum, quod modò *Ottonis Conjugi* tribuit, alibi (43) *Carolo M.* vendicat: id quod tamen disfidium ita compono, ut existimem, eum his ultimò citatis locis loqui

(29) *Sax. Lib. I. Cap. XXV.* (30) *libr. cit. p. 492.* (31) *Antiq. Magdeb. §. XXXVII.* (32) *Regino, Abbas Prumiensis, Annal. Lib. II. p. 53.* (33) *in quibusdam Diplomatum, ipso Imperatore adhuc superstite publicatis, quæ vide in Antiqv. Magdeb. Sagittarii §. XCIII, it. XCVIII. & c.* (34) *Lib. II. Chronicor. quæ studio Viri CL. Joach. Johannis Maderi denuò prodierunt Helmst. A. C. 1667.* (35) *Eccles. Hist. ejusdem Maderi operâ An. 1670. ibidem editæ Lib. II. Cap. VII.* (36) *Chron. Slavorum Lib. I. Cap. XI.* (37) *in Chronico ad An. C. 971.* (38) *Sax. Lib. III. cap. XXIV. it. Metropol. Lib. I. Cap. III. it. Lib. III. Cap. X. & XXXI. Wandalia Lib. II. Cap. XXX.* (39) *Cosmograph. Lib. III. Cap. 442.* (40) *Origin. Saxon. Lib. II.* (41) *in Chronolog. ad A. C. 939.* (42) *Chron. Cæs. Part. III. in Ottone M. p. m. 119.* (43) *Part. II. p. 149, & Part. III. p. 14.*

loqui de instauratione non adeò nobili castelli Magdeburgici, à prima fundatione non semel destructi; in prioribus verò de pleniore restitutione ac amplificatione ab Edittâ suscepta, cum post obitum Caroli M. [qvi incidit in V. Calend. Febr. A.C. 814. (44) adeòq; 122. circiter annis imperium Ottonis M., Aquisgrani A.C. 936. ab Hildeberto, Episcopo Moguntino coronati, (45) antecessit,] ab Hunnis denuò vastatum esset cum templo S. Stephani, illic ab Imperatore condito. (46)] *Johannes Zrenschmidt* (47) *Abrah. Saurius*, (48) *Christianus Matthiae*, (49) *Casp. Sagittarius*, (50) *Dominicus Arumæus*, (51) *Johannes Limnaeus*, (52) *Job. Gryphiander*, (53) *Benedictus Carpovius*, (54) *Rudolphus Godofredus Knichen*, (55) & qvi non? quorum omnium *ὁμοθυμαδὸν* colludentium sententiam unus instar omnium nobis edisserat sapiùs laudatus *Dresserus*. (56) *Arx*, [inquit, Magdeburgum innuens] *ad Editham, Ottonis I. Conjugem, per pactum dotalitium devenit, quæ, delectata loci commoditate, precibus contendit ab Imperatore, ut sibi urbem ibi condere liceret, quam veniam cum facilè ibi impetrasset, An. C. 940.* [qvem adsignat cum *Paulo Constantino Phrygione*, (57) & *Abrahamo Bucholzero*, (58) dissentientibus paulisper à *Sieberto Gemblacensi*, (59) qvi annum numerat 939, & seqvaces habet *Sethum Catvisum*, (60) ac *Christianum Matthiae*, (61)] urbem edificavit, quam tamen si muro circumdare cepit *Otto Imperator*, tamen incepta perficere non potuit.

§. XVI. Hactenus *ἰσοπέδως*. Ordo nunc ac promissi tenor (62) postulat, ut *διάρκειον* s. *dijudicationem* harum opinionum diversarum, ac tantùm non adversarum instituiam, à quâ, quod ingenuè

B 2

fateor,

- (44) *Eginhard. in vitâ Caroli M. p. 116. ex editione Job. Henr. Bœcleri, Argent. A.C. 1644.* (45) *Job. Tritheimius in Chron. Hirsaugiensi & Godof. Viterbiensis Chron. Part. XVII.* (46) *Cranzius Sax. Libr. II. Cap. XII. & Dresserus l.c. p. 409.* (47) *in Thuringiâ suâ.* (48) *libr. cit.* (49) *Theatr. Histor. in Ottone M.* (50) *Antiq. Magd. § XL. & XLI.* (51) *Vol. IV. Polit. Discurs. XLIII. cap IX.* (52) *Jur. Publ. Libr. VII. Cap. XXXI.* (53) *Comment. de Weichbildis Saxon. Cap. LI.* (54) *Comment. in Leg. Regiam Germ. Cap. IX. Sect. I.* (55) *Oper. Polit. lib. II. Part. III. Sect. IV. cap. II.* (56) *lib. cit. p. 410.* (57) *Chron. Regum Rerumq; p. 417.* (58) *Indic. Chronolog. p. 296.* (59) *in Chronographiâ p. 79.* (60) *Oper. Chronolog. p. m. 584.* (61) *l.c. in Ottone M.* (62) *Vid. supra §. VI.*

fateor, in tot præcipitiis constitutus, libenter mihi temperarem, nisi adductarum modò rationum momenta diversum animo svaderent. Dicam igitur, sed modestè, sed salvis aliorum Gravisissimorum Virorum judiciis, quid mihi hâc de re videatur, idq; melioris ordinis gratiâ, *duplici*, faciam viâ, partim ἀγεντικῆ, opiniones non adeò probabiles removendo; partim θετικῆ, genuinam, [qvalem, quidem eam reputo, donec meliora edocear,] ponendo adstruendoqve.

§. XVII. Primæ autem sententiæ (63) subscribere vix possum, propter non unam, quâ premi videtur, difficultatem. Non dicam [α] Autorem vetusti illi⁹ Chronici in eò sibi nō satis constare, quod asserit, eò tempore tres Reges in Imperio R. floruisse, Julium nempe Cæsarem, Crassum & Pompejum, cum tamen Roma ab hoc Regis titulo plus quàm Vatiniano odio tunc abhorruerit, Julio non Regis, sed Dictatoris atqve Imperatoris nomen assumente. (64) Nec [β] provocabo ad omnium omninò Auctorum, vel ipsius Julii tempore, vel proximis post illud seculis florentium altissimum ac catholicum planè silentium. Sed [γ] illud urgebo, quod *Petrus Bertius* (65) ex *Strabone*, *Floro*, *Orosio*, & ipsius *Cæsaris Libr. Comment.* probat, illo ipso Cæsaris tempore Svevos hæc terræ spatia, quæ nunc Magdeburgo fundum præbent, adhuc incoluisse. [δ] Julius C. fuso ad Rhenum in fugamq; converso Svevorum ac Sicambrorum exercitu, cujus numerus CDXXX. capitum fuit, victricia quidem signa ad Albim usqve protulit, sed vix octodecim dierum spatio hîc perstitit, adeoq; intra tantas temporis angustias de extruendis non septem, sed de uno saltem castello ne per somnium quidem cogitare potuit Heros prudentissimus. Consule ipsum, si placet, *Cæsarem*. (66) [ε] Denominatio hujus castelli repugnat, quæ non, ut reliquorum quinque, est Romana, sed Germanica, uti suprâ dictum est. (67) Idem contigit Ile-vel Euleburgo, quod itidem nomen habet Teutonicum, vel ab Eysen/[properare] vel ab Eulen/[ulula] nisi fortè malis dicere, vocari Eilenburg ab officio Mercurii, Patroni sui, qui creditur agilissimus ac velocissimus Deorum

(63) *vid. supra §. VIII.* (64) *Cranzius Sax. lib. I. cap. XXV.* (65) *Libr. I. Comment. Rer. Germ. cap. II.* (66) *Libr. IV. § VI. Comment. de Bell. Gallico.* (67) *§ III.*

rum Dearumq; nuncius; quæ tamen deductio Poëtâ dignior esset
 quàm Historicô. Accedit deniq; (ζ) quòd hæc castella disfitissi-
 mis temporibus à diversisq; auctõribus exstructa esse tradant Hi-
 storiographi. Soltwedelium enim, vel, ut hodiè appellatur, Sol-
 qvella A. mundi 3653. & sic annos 318. ante C. N. à Longobardis æ-
 dificari cœpit, perhibente *Matthæo Dressero*, (68) *Christophoro Enzelio*,
 (69) *Andreas Angelò*, (70) & qui eos sequitur, *CL. Dn. M. Job. Hennin-*
gio, Soltqvellenfi, (71) Præceptore antehac meo Optimo. Hambur-
 gũ verò à multis, inter quos memorare libet *Reginonem*, (72) & *Lam-*
becium, (73) *Carolo M.* tribuitur. *Martisburgum* autem vel *Me-*
roveo seu *Merwig / Francorum & Thuringorum Regi*, (74) vel
Marfo, priscorum Germanorum Regi, (75) sua fert accepta incu-
 nabula. Mitto reliqua, de quibus vide sis *Cranzium*, (76) *Poma-*
rium, (77) *Hermannum Conringium*, (78) *Werdenbagium*, (79) *Schedi-*
um (80) & alios plures.

§. XVIII. Quod ad opinionem de *Partbenâ, J. Caesaris Concubi-*
nâ, attinet, (81) puto eam recitare idem esse, quod simul refutare,
 cum [a] præter cerebrum *Weneri* supra allegati nullum habeat
 fundamentum. Prodere hoc ipsemet videtur, dum indefinitè lo-
 quitur: *Man schreibt. Quis verò?* neminem nominat, quia nemi-
 nem noverat. Æquè enim hoc *ἀνίστορον* est ac illud, quod *Glossator*
Juris Weichbildici (82) affert, nonnullas puellas aut Virgines [an in-
 telligat Amazonas, bellicosas Germanorum fœminas, à quibus ur-
 bem nostram denominatam esse sentit *Schedius*, (83) non determi-
 no,] *Magdeburgi* jecisse fundamenta, quæ tractui illi quondam
 præfuerint. Somnium puellis, imò nec his, sed vetulis, quàm Vi-

B 3

ro

(68) *de Urbibus Germ. Rubr. Soltvedela p. m. 547.* (69) *in Chronico Mar-*
cbico, Germanicè scripto, Magdeburgi A. 1574. edito & nuper ibidem
recuso. (70) *Chron. March. Brandenburg. libr. I.* (71) *Disfertat. de*
Polytheismo Gentilium. (72) *Annal fol. 38.* (73) *libr. I. Rer. Hamburg.*
 (74) *Abr. Saurius im Städte-Buch Tit. Mersburg. p. 66.* (75) *Elias*
Schedius l. c. Syngr. IV. cap. IV. ex Aventin. libr. I. Annal. Bojar. (76)
Sax. libr. I. cap. XXV. (77) *Chron. Magd. p. 2.* (78) *Exercitat. de*
Urbibus German. §. XVI. (79) *lib. cit. pag. 75.* (80) *lib. cit. Syngr. IV.*
cap. I. (81) *vid. supra §. IX.* (82) *Artic. X. fol. 19.* (83) *lib. cit.*
Syngr. IV. cap. VI.

ro dignius! [β] militat contra *Wernerum* ratio in §. præcedente, quartæ responsionis loco adducta. [γ] Julius C. nullam unquam nomine Parthenam, agnovit inter suas concubinas, quarum catalogum nectit *Suetonius Tranquillus*, (84) nusquam Parthenæ mentionem injiciens. Et [δ] finge habuisse talem, non tamen mihi persuadeo, ipsum, si hanc suam amasiam tam fervidè deperisset, ejus honori dicaturum fuisse urbem ab Urbe remotissimam inter, medios Barbaros, quo nomine salutabant tum temporis Germanos omnesque exteros Romani. Absit igitur, ac longissimè absit, castissimam nostram Virginem impurissimæ meretricis filiam asseramus!

§. XIX. Neque verò illis assensum facilè præbeo, qui Druso allicui Magdeburgi foundationem vendicant. (85) Possẽm unam alteramve dubitandi rationem afferre; verum cum hujus sententiæ parens *Cranzius* mutato tempore, & ipse mentem mutaverit, (86) suo ostendens exemplo, quod δεύτεραι φροντίδες soleant esse, σοφώτεραι, meritò mihi tempero, ne cum larvis, quod ajunt, pugnaturus videar. De illis autem Drusi trophæis, quæ adfert *Prologus meus*, ad Albimne aut alibi sita fuerint, inter Auctores λίαν μέγα αἴτημα est, quo de nunc ulterius disceptare meum non est.

§. XX. Illi autem sententiæ, quæ ad Carolinum ævum nostræ Urbis adstringit primordia, (87) parum abest, quin adstipuler, præfertim cum Ducem habeam Virum in hoc studiorum genere verfatissimum. Veruntamen, cum unum alterumve mihi obstet, liceat, sanctâ aliàs salvâque ipsius auctoritate, paulisper hinc recedere. Causæ sunt, quia [α] nulli Auctorem antiquiorum, quos mihi quidem inspicere licuit, hæc de re quicquam tradunt, qui aliàs in rerum, vel ab ipso Carolo M. vel ejus tempore gestarum, adnotatione perquam sunt occupati. [β] Ipse Carolus, cum in Saxoniam iteraret expeditionem, ad Albim fluvium in castello *Megedeborch* phanum subvertit, (88) & idolum Veneris, quod ibi colebatur, postea destruxit: E. illud castellum jam ante Carolum M. ibi existit. Accedit (γ) quòd ipse Autor hanc sententiam non pro apodicticâ, sed

(84) in *Julio C. passim*, præsertim cap. L. (85) vid. supra §. XI. (86) *Sax. Libr. I. cap. XXV.* (87) vid. supra §. XIII. (88) *Cranzius Sax. lib. II. cap. XII.*

fed topicâ faltem venditet, uti ex ejus verbis collectu est facillimum. Interim aliquam castelli hujus à prima fundatione destructi restorationem Carolo M. non denego. Vide supra §. XV.

§. XXI. Super adhuc est illa assertio, quæ Ottoni I. & Edittæ omnem eamque primam Magdeburgi fundationem tribuit, (90) quam tamen, uti in terminis assertur, non approbo. Nam [α] jam tum Caroli M. temporibus, imò ante ipsa exstiterunt ejus initia, quod §. antecedente monstratum ulterius jam ostendo ex quodam Caroli M. Capitulari de Negotiatoribus, quoad usq; procedant, quod videre est apud Melchiorem Goldastum, (91) ubi in specie hæc habentur verba: Ad Magadeburg prævideat Hatto. (β) Tempore Ottonis I. vetus urbs, sed diu desolata ab incurfione Wandalorum fuit, (92) [γ] Aliud patebit infra in §. XXII & XXXIII. Neque verò [δ] morror auctoritatem Johannis XIII. Papæ; illius enim infallibilitatem etiam in Quæstionibus Facti hoc ipso labefacto, cum, quod non vanè auguror, pronunciato hoc influere voluerit in animū ac benevolentiam Ottonis M., à cujus potentiâ nimium quantum sibi metuebat, ne ob multiplicia, quibus infamis erat, scelera, Pontificali dignitate ab ipso exueretur, quod etiam successu temporis factum, suffecto in ejus locum Leone VIII. quâ de re passim, breviter tamen & nervosè apud Johannem Latum, (93) quem confero. Multò autem minus [ε] me movet Ditmarus, cum eoq; Adamus: hi enim oscitante Papâ Johanne, cujus verba in diplomatis lecta, pro tempestatis istius facie, oraculorum ad instar dubio procul venerati sunt, oscitare & se, dulce, imò decorum putarunt. Hos autem cæcos duces seqvuti sunt Helmoldus & Albertus, cæci & ipsi facti: id quod alibi demonstratur ab Auctoribus, Helmoldum & Albertum Ditmari exscriptores vocitantibus.

§. XXII. Succedit nunc Thesis nostra, [nolimus enim cum Pomario (94) & Tobiâ Schrödtero (95) aliisq; ad τὸ ἐπέχειν, extremâ nondum urgente necessitate, properare,] in quâ sententias §. XII. & XV. allatas complicamus. Præstat autem illam verbis Cranzii perspicuis quam

(90) Vid. §. XIV. (91) Constitut. Imperial. Tom. III. p. m. 156. (92) Cranzius Saxon. lib. III. cap. XXIV. (93) Compend. Histor. Univ. Period. Germ. cap. III. sect. II. (94) Chron. Magdeb. pag. 6. (95) Chron. Magdeburg. MSSi prodr. fol. 4.

ente,
quam
cata-
men-
mihi
isset,
nter,
erma-
abfit,
am af-
uso a-
am al-
enten-
erit,
esse,
nt, pu-
Prolo-
μέγα
nostræ
præ-
e ver-
et, li-
edere.
ni qui-
in re-
ratio-
riam
b pha-
postea
titit,
eticâ,
fed
Sax.
lib. II.



quàm nostris efferre. Sic verò ille: *Crediderim, aliquem ex Germanis Proceribus militasse Romanis, & sacra illorum perdidicisse, domumq; reversum Romanis Idolis vel arces [inter easq;ve Magdeburgensem hanc Veneri, quod ex prioribus colligere est,] vel templa [proximis à C. N. annis] consecrasse.* (96) *Sed quia hac Urbs vel arx ab incurfione Vandalorum prostrata atq; diruta jacuit, tandem seculo X. à C. N. Editta, Ottonis M. conjux, à marito postulavit & impetravit, ut eam instauraret, & ipsi mansionem permetteret: in quo cum annueret Otto, [subactis & Christianæ fidei adactis Wandalorum Gentibus (97)] profecit urbs nova vehementer, ut fieret non contemnenda civitas.* (98)

§. XXIII. Thesin hanc si velim, uti decet, ὀρθολομειν s. rectè dividere, duo ejus constitui membra possunt, quorum prius de primæva fundatione; posterius de fundatæ sed desolatæ restitutione amplificationeq; agit. Illud probo [α] ab auctoritate *Cranzii, Schedii, & ex parte Petri Bertii*, qui ita: *Non sunt origines interiorum Germaniæ locorum petendæ aliunde, quàm ab invictâ Germanorum Gente* (99). [β] à reliquarum opinionum hæctenus examinatarum multiplici difficultate. [γ] à contrariarum rationum nullitate. [δ] à nominis cum re convenientiâ, quod tanquam Germanicum in Germaniâ à Germanis Germanicæ quoq; arci impositum est. (100) Quo ipso omnis illa derivatio exspirat, quàm à Græcis Vocibus *δμωή* vel *δμωίς*, ancilla s. serva, & *πύργον*, burgum, jam olim petiit *Johannes Reuchlinus s. Capnio*, memorante *Francisco Irenico*. (101) [ε] à ponendæ tandem alicujus originis hypotheticâ necessitate &c. Hoc autem [α] evincit unanimis omnium illorum Auctorum §. XV. adductorum, imò longè plurium, consensus, illò saltem notatò, quod hi promiscuè modò Ottonem, modò Edittam assumant, sine omni tamen verâ ἀντιλογίᾳ: Hanc enim cum *Excellentis. Sagittario* (102) ita concilio, ut existimem, *id tribui marito, quod illo favente ac consentiente, imò adjuvante, ab Edittâ factum est.* [β] Idem testantur, verbis expressis varia Ottonis I. diplomata, quæ legi possunt tum apud

(96) *Saxon. lib. I. cap. XXV.* (97) *idem Wandal. lib. II. cap. XXX.* (98) *idem Sax. lib. III. cap. XXIV. & Metropol. lib. III. cap. X.* (99) *libr. III. Comment. Rerum Germ. Rub. Magd. b.* (100) *Repete, quæ supra allata sunt §. III. & quædam §. XVII.* (101) *libr. XII. Exegeleos German. Lit. M. p. m. 218.* (102) *Antiqu. Magd. §. XXVI.*

apud Henricum Meibomium, (103) tum etiam apud Dn. Sagittarium (104). Alii alias afferre rationes solent, quas brevitatis studio, & his, quas adduxi, sufficientibus, omitto.

§. XXIV. Atque hinc stante hujus Theseos vel Veritate, aut minimum summâ probabilitate, collectu jam erit haud difficile, unde ipsa denominatio genuina, (ad quam à circuitione hactenus non inutiliter, ceu spero, factâ, revertor,) depromenda sit. Nimirum quia Principes illi Germani Venerem, tanquam puellam in hoc castello cum tribus Gratiis collocatam, sacro honorarunt cultu, verò est simillimum, ipsos in istius honorem id hõc nomine Magdeburg/ quasi der Mâgde Burg insignivisse. Consentiunt Adrianus Romanus, (105) Christianus Matthiæ, (106) Theodorus Hæpingius, (107) Caspar Sagittarius, (108) Carolus Stephani, (109) Georgius Fournier, (110) & sexcenti alii. Isto autem idolo per Carolum M., Regem Christianissimum & Cordatissimum, (111) destructo, remansit tamen illud nominis, (112) sed omni superstitione Gentili exulare jussâ, atque ad Edittam restauratricem pervenit, quæ, uti conjectura non vana est, illud ceu fatis conveniens & primæ foundationi, & restorationi, quam ipsa suscepit ut fœmina, toleravit, conservavitque. (113) Confirmare hoc videtur Petrus Bertius, ita perhibens: (114) *Editta, Ottonis I. Conjux, locum istum, quòd esset dotalitius, quòdq; ipsâ amœnitate & commoditate ejus delectaretur, dilexit: Precibus ergò contendit ab Imperatore, ut sibi urbem illic condere liceret, neq; id difficulter impetravit. Mulier ergò in agro dotali urbem conditura, unde potuit nomen commodius petere, quàm à suo sexu, & quidem sui sexûs flore? Vocavit igitur Magdeburgum, planè ac si dicas Μαγδευόπολις, & signum Urbi dedit Virginem in arce stantem cum ferto Virginali.*

C §.XXV.

(103) in appendice Annal. Wittichindi. (104) Antiquit. Magdeb. §. XLV. seqq. (105) in parvo Theatro Urbium. (106) Theatr. Hist. in Carolo M. (107) Tractat. de Insignium Jure prisco & novo cap. VI. pag. 396. (108) Antiqu. Magd. §. XXXV. (109) Diction. Historico-Geograph. lit. M. (110) in Geograph. Orbis notitiâ Tom. I. lib. IV. cap. XII. (111) Cranzius Metrop. lib. I. cap. III. (112) Limneus J. P. lib. VII. cap. XXXI. (113) Vechner. Breviar. univ. Germ. Rub. Magdeb. (114) lib. III. Comment. Rer. Germ. Tit. Magdeb.

manis
rever-
hanc
sà C.
eVan-
a, Ot-
ret, &
Chri-
vebe-
tè di-
le pri-
atione
, Sche-
m Ger-
te (99).
multiplici
nomin-
erma-
Qvo
non vel
ann. es
mendæ
autem
ducto-
vod hi
omni
o (102)
ac con-
ntur,
at tum
apud
X. (98)
9) libr.
ipra al-
os Ger-



2195.

§. XXV. Atque hæc postrema verba commodam simul mihi viam aperiunt ad illam, quæ justo nunc ordine sequitur,

SECTIONEM II.

De

IPSIS MAGDEBURGI INSIGNIBUS.

§. I.

PRælibanda hinc nonnulla essent de *Insignium* in genere *Definitione* cum *nominali*, tum *reali*. Dicendum foret (α) quoad *etymon*, Insignia dici à signando, ut indicia ab indicando, q. d. in signum, quia insignia sunt signa familiæ aut Civitatis, vel etiam rei strenuè gestæ, & insigniter notatæ. (β) quoad *homonymiam* monendum esset, Vocabulum Insigne sumi vel prout est *concretum* s. *adjectivum*, & tunc idem quod signo aliquo ab aliis discretum, præstans, egregium, præclarum denotat; vel prout est *abstractum* & *substantivum*; atque sic vel *παχυλῶς* & *impropriè*, ubi interdum illud tantum, quo res una ab alterâ quocunqve modo discernitur; interdum quælibet arma (forsitan, quia plerumqve in armis Insignia & priscis & nostris temporibus pingi fingiq; siveverunt,) significat; vel *ἀκριβῶς* & *propriè*, quo modo alicujus Ordinis, Collegii, Personæ, Familiæ, aut Civitatis sigillum determinat. Atque tunc pro diversa conferentis auctoritate vel *publica* sunt Insignia vel *privata*; pro diversitate Subjecti, alia *Secularia*, alia *Ecclesiastica*, item alia *Nobilium*, alia *Ignobilium*; pro diversitate temporis, alia *antiqua*, alia *nova*; pro diversitate partium, alia *simplicia*, alia *composita*; pro diverso acquirendi modo, alia *vera*, alia *ficta* &c. (γ) quoad *Synonymiam* observandum esset, Voci Insignium Hebr. *מִדְּבָר*, Græc. *Παράσημον*, *γνώρισμα*, *δείγμα*, Lat. *Stemma*, *Schema*, *Signum* absolute, *Gestamina*, *Sigillum*, & (Semibarbarum) *Signetum*; Germ. *Wappen* / *Zeichen* / *Siegel* / *Insigel* &c. (sed quædam inadæquatè,) æquipollere. Inprimis verò circa *definitionem rei* attendendum esset, *Insignia* nihil aliud esse, quàm *signa*, summâ Principis auctoritate alicui concessa, aut propriâ voluntate assumta, *Personam* à *Personâ*, *Familias* à *Familiis*, *Civitates* à *Civitatibus*, *Collegia* à *Collegiis* variè distingventia; quam

qua
han
obt
ac
stop
lio
re
eò
Etis
tan
fit
In
Ou
94
pe
tu
liis
MA
cati
pot
the
fun
resi
bur
tis
Phi
(1)
g
g
a
it
(



quam descriptionem Insignium *Insigni illi Legum Sacerdoti* (1) *Johanni Limnaeo* (2) acceptam refero. At verò cum hæc non tam ad obtinendum nostrum scopum, quam implendas pagellas faciant, ac insuper à *Theodoro Hæpingio*, (3) *B. Friderico Rappolto*, (4) *M. Christophoro Henrico Starkio*, (5) & recentissimè à *CL. M. Johan. Jac. Vogelio* (6) abundè tradita tractataq; sint, placet otio à Viris illis hæc in re mihi indulto frui, Lectoremq; plurium cupidum humanissimè eò remittere.

§. II. Ad institutum sufficit illud observasse, me hîc in strictissimâ acceptione usurpare Vocem, *Insignia*, quatenus illa denotant *publicum & seculare sigillum Urbis*, quæ cum h. l. *Magdeburgum* sit, in specie nunc ejus assumo *Insignia*, atqve sic definitio: *Insignia Magdeburgi sunt Insignia*, auctoritate *Ottonis I. ad instantiam Edittæ, Conjugis, A. C. 940.*, Imperii *Ottoniani V.*, collata, *Virginem super porta inter duas tures stantem, dextrâqve scutum tenentem præsentantia*, *Magdeburgum* ab aliis *Urbibus* distingventia.

§. III. Significanter cum hîc, tum in Titulo posui: *Insignia MAGDEBURGI*, non *Magdeburgensia*. Hoc ipso enim æquivocationem, quæ aliàs errorum solet esse genitrix, sublatum eo, quæ poterat in vocabulo *Pl. Numeri* imponere legenti, pollicendo ipsi theoriam *Insignium* non solius *Urbis*, sed omnium, quæ isthic visuntur & adhibentur, signorum. Inter illa, velut luna inter minores ignes, emicant *Splendidissima Potentissimi Electoris Brandenburgici Insignia*, quæ locis solennioribus in symbolū superioritatis (7) affixa venerantur cuncti. De his *Historiâ Insignium Illustriū Philippi Jacobi Speneri*, Polyhistoris pariter ac Theologi incomparabilis,

C 2

rabilis,

(1) hoc ipsi encomium tribuit *B. D. Frider. Rappoltus* in *Disputat. de Insignibus An. 1660. Lips. habitâ.* (2) *Jur. Publ. lib. VI. cap. VI. de Insignibus n. 13.* (3) *Tract. de Jure Insignium cap. I. & II.* (4) *Disp. paulò ante citatâ.* (5) *Dissert. de Sertô rutaceô, Domûs Saxonice Insigni, An. 1664 Lips. habitâ.* (6) *Disput. de Insignibus Lipsiæ Ann. 1683. propos.* (7) *Limneus J.P. lib. VI. cap. VI. n. 118. Hæping. l.c. cap. XIII. n. 103.*

rabilis, confule. (8) Seqvuntur (β) Reverendisfimi Capituli Supremi ac reliquorum inferiorum Sigilla, quæ tam varia sunt, quàm ipsa varia. (γ) Insigne Neapoleos Magdeburgicæ, quod illa non minus ac originem & nomē Alberto Archi-Episcopo circa A.C. 1229. & 30. eam exstruenti amplificantiq; procul dubio debet. (δ) Statua lapidea, Ottonem I. eqvitantem, & utrinque stantes Conjuges, Edittam & Adelheidam repræsentans, quam ipsa Civitas in honorem instauratoris sui in foro publico erexit, & in hodiernum diem conservat. Dignisfima in primis notatu est ejus inscriptio: *Divo Ottoni I. Imperat. Inviçtis. Vindici Libertatis, Patri Patriæ, Senatus Populusq; Magdeburgensis posuit.* (9) [ε] Signa, quæ artificia, ut alibi, ita & hîc præferunt, & sunt suæ artis vel instrumenta, vel effecta, ut amussis vel securis architectorum, trulla murariorum, patinæ æneæ tonforum & balneatorum, facies humana comis adscititiis ornata trichocosmetarum &c. [ζ] quæ hospitiiis publicis vel aliis etiam ædificiis sunt imposta: (ii) ut, *der güldene Arm / der weisse Schwan / der schwarze Mohr / der güldene Engel* &c. (ii) quibus œnoac zythopolæ vinum zythumvè vendendum exponunt, ut sunt, coronæ hederacæ & pinæ vinum indicantes, vel fasciculus secamentorum asseris dedolati Breihanam domesticam; vel rasorum pectinum peregrinam; vel manipulus buxi, plano asserculo, quem promissa sustinet pertica, infixus, cerevisiam hordeaceam, vel, ut vocant, braun (an brauen seu gebrauen?) Bier / petentibus promittens, juxta nonneminis versiculum:

Affer Breihanam propriam; peçlenq; alienam;

At buxus Zythum monstrat adesse nigrum.

§. IV. Hæc autem, & si quæ alia sunt aut fuerunt signa, [Statuam innuo, in memoriam Rulandi, Herois fortisfimi, à Carolo M. qvon-

(8) *Cap. XIII. p. 74. seqq.* (9) *Cranzius Metropol. lib. III. cap. XXXI. Dresserus c. l. p. 414. Petrus Bertius Comment. Rer. German. lib. III. Tit. Magdeb. Pomar. Chron. Saxon. pag. 30. & 157.* (10) *quâ occasione, vide ap. Hæpingium l. c. cap. II. n. 1028. & cap. V. n. 32.* (11) *Sed quàm abusive hæc dicantur Insignia, vide iterum apud Hæpingium cap. VI. num. 1330. & 1331. cum nulla nec virtutis neque gloriæ monumenta sint, sed saltem habitationis indices, ac pro voluntate Domini mutantur, aliisq; etiam ab ipsâ familiâ diversis communia esse possint.*

quondam in eâ fori parte, ubi hodiè est ichthyopolium, colloca-
 tam, (12) sed injuriâ temporum nunc collapsam; item cervam,
 incertâ originis causâ (13) ad murum ædificii, quod hodiè der
 Wandschneider-Kramer-Gilde-Haus appellitant, olim constitutam,
 sed itidem nunc destructam,] sicut jam tum removi, uti dictum,
 per nomen singulare Magdeburgi, stante hoc ἀναλόγω pro signi-
 ficatu famosiori: ita illud nunc ulterius patebit ex ipsis verbis de-
 finientibus, quæ, si stylo Scholastico uti hîc liceret, in Genus & Dif-
 ferentiam discernerem. Genus constituit vox Insignia; Differentia
 [formam h. l. simul constituens] petita est à causis: 1. Efficiente, (α)
 Principali, Ottone I. (β) Minus Principali, Edittâ Conjuge; 2. Mate-
 riali, arce s. turribus, Virgine & sero; 3. Finali, discrimine nempe
 à reliquis Civitatibus; 4. denique à Circumstantiâ temporis. Verun-
 tamen, quia id genus termini scholæ aptiores sunt quàm armoria,
 sepono illos, remque omnem in certa colligo Theoremata. Sit
 igitur

§. V.

THEOREMA I.

Insignia Magdeburgi sunt verè & propriè sic dicta
 Insignia.

Attinet hoc ad ipsum Genus in definitione positum, de quo
 an sit legitimum, puto ambigere neminem, nisi quis hoc fortè du-
 bium

C 3

(12) Vid. Gyraldus lib. III. Hist. Franc. & Christ. Matthiæ Theatr. Histor. in
 Carolo M. & alii: quibus tamen fortiter reluctatur Job. Gryphander
 integro Commentario de Weichbildis Saxonis, in cujus frontispicio Co-
 lossium Rulandinum ære expressum exhibet, additis his versiculis:

Ex re Weichbildus, Ruland à robore dictus,
 Urbica Saxonis præfero jura locis:
 Immemor annorum, aut quicumq; sit auctor, honori
 Caesaris erectus, Caesaris arma fero.

Hunc sequitur Martinus Zeilerus Compend. Itinerarii German. Nov-An-
 tiquæ Cap. V. §. III. Sed (ut cum Virgilio Eclog. III. v. 108. loquar)
 Non nostrum inter eos tantas componere lites!

(13) Non una vulgò de illâ circumfertur opinio. Petrus Bertius Com-
 ment. Rer. Germ. Libr. III. Tit. Magdeburg. putat, eam cervæ à Ru-



biolum movere velit, quod definitum [contra communem Logicorum Maximam (14)] hinc ipsam ingredi videatur definitionem. Verum, qui novit, aliud esse, *definitum*, aliud *partem definiti definitionem ingredi*, & insuper distingvere didicit inter *Definita*, quæ vel *termini* sunt complexi, vel *incomplexi*, is factâ decenti applicatione facillimè intelliget, privilegia bonæ definitionis Dialectica à me violata haud esse. Sed ulteriorem hujus & aliorum resolutionem in futurum, quem DEUS fortunet! conflictum publicum reservo, jam de rebus magis quàm Logicis subtilitatibus sollicitus. Quod autem verè talia sint Insignia, facilè illi ad oculum patebit, qui, quæ supra (15) ex *Limneo* allata sunt de Insignibus in genere, nostris tentabit applicare, sed cum discrimine, omittendisq; omisfis.

§. VI.

† *lando quondam confixa conservasse memoriam. Hunc refutat memoratus Gryphiander l. c. Cap. XXI. n. 15. aliamq; ac velut ipse quidè putat, certiore erectæ hujus columnæ occasionem assignat, verbis tamen paulò obscurioribus, quæ, etsi lecta sæpius & relecta, non satis intelligo. Adeat eum, qui vult, & videat, quid velit. Interim tantum assequor, ab illo dissonum esse, quod Martinus Zeilerus Itiner. Germ. Cap. V. asserit, cervam illam ab ipso Carolo M. vel trucidatam, vel (quod ex aliorum mente affert,) captam, sed manu iterum fuisse missam, & aureo quidem monili insignem, cui figura crucis fuit insculpta cum hoc lemmate:*

Lieber Jäger laß mich leben!

Ich wil dir mein Halsband geben. Imaginem ejus, uti

jam descripta est, ere expressam sistit Pomari^o in calce Chron. Saxon. ubi, si libet, vide. Godofr. Gengebach in Compendiariâ Descriptione Urbis Magdeb. Cap. IV. affirmat, olim isthæc exstructas stetisse ædes, in quibus vinum adustum vendiderint, sed has obrixarum inibi exortarum frequentiam dejectas, in rei q; memoriam cervam ligneam columnæ impostam fuisse. Ast quid de hac Autoris hujus, qui sæpè ranam loco Dianæ, h. e. fabulas tanquam historias, exosculatur, aliorumq; opinionibus statuendum sit, judicent alii. Mibi h. l. placet rem in medio relinquere, cum Hæpingio de Jure Insign. cap. XX. n. 109. (14) Aristot. VI. Top. cap. IV. Stalius Reg. Philosoph. Part. II. Disp. XIV. Reg. IV. (15) in fine §. 1. Sect. II.

§. VI.

THEOREMA II.

Otto I. Imperator ad instantiam Edittæ Conjugis
Magdeburgo sua contulit Insignia.

Instituti ratio non permittit, ut de Autoribus & inventoribus Insignium in genere operosè disquiram, an illi sint Judæi, an Ægyptii, an Græci, an Romani, an Picti, an Cares Asiæ populi, an Trojani, an Julius C., an Carolus M., an Henricus Auceps, vel an Juri Gentium, communiqve populorum usui tribuenda illorum origo sit? quæ postrema sententia, *tanquam maximè plausibilis, veritati consona & tutissima*, (16) Summis Viris, *Limneo*, (17) *Hæpingio*, (18) *Rappolto*, (19) nec obscurè *Berneggero* (20) placet; Quin potius de nostrorum Insignium Conditore dispicio, qui, ut modò indicatum, Otto I. est, ob rerum pace belloq; gestarum gloriam Magnus, ob insignes autè corporis animiq; quibus conspicuus fuit, dotes, Amor mundi appellatus, Princeps, quo post Carolum M. Germania vix habuit præstantiorem. (21) *Est hic heros ille magnus*, [verba sunt encomiastica *Matthæi Dresseri*,] (22) *cujus virtute admirabili imperium convulsam & labefactatum erectum & instauratum: cujus adventu Italia ex hostium faucibus erepta est & pacata: cujus auctoritate Pontificum perfidia repressa est: cujus præsidio Germania à tumultibus conquievit: cujus industria hostes exteri fracti sunt & domiti: cujus operâ pax & libertas imperii reparata & aucta est: cujus deniqve studio & vigilantia religio Christiana disseminata & ad exteras gentes propagata est: cujus beneficio Episcopatus Brandenburgensis, Havelbergensis, Misnensis, Cicensis & Magdeburgensis fundati sunt: per quem justitia revocata est, & totus deniqve Christianus orbis respiravit. Iccircò nomen ejus magnum, imprimis Deo carum, Angelis gratum, cunctis mortalibus acceptum est.*

§. VII. Nitor autem hîc testimonio ac auctoritate Triumvirorum, fide dignissimorum, *Alberti nempe Cranzii, Petri Bertii, & Ste-*

(16) *Verbis Hæpingii l.c. Cap. III. n. 24. & 29.* (17) *J. Publ. Lib. VI. Cap. VI. num. 9.* (18) *loco paulò ante allegato.* (19) *Disputat. de Insignibus Cap. II.* (20) *Qu. XXIII. in Tacit. German. & Agric.* (21) *Chronic. Carionis Lib. IV. in Ottone I.* (22) *Isag. Histor. Millen. V. in Imperat. Germ. p. m. 431.*

Stephani Ritteri, quorum iste huñc in modum scribit: (23) Hunc locum (Magdeburgum) Otto M. postea insignivit ad instantiam Edittæ Reginae, celebremq; ex oppido urbem fecit. Illius autem verba solè, quod ajunt, meridiano clariora supra (24) bonâ fide allegavi, unde repeti possunt. Hic verò talibus se dictis explicat: (25) Ut maximè quidam hujus Urbis fundationem ad J. Casarem referant, attamen probabilius illa refertur ad Ottonis I. tempora, nomenq; & Urbis Insignia, quæ sunt Virgo muro insistent, & sertum in manibus tenens, rectius deducuntur ab Edittæ, commemorati Imperatoris Conjuge, Angliæ Regis filia, utpote quæ à marito suo in agro suo dotatio urbis fundationem A. C. 940. impetravit, & novæ Urbis, sui sexûs incorrupti signum sertum, Insigne esse voluerit. Hic tamen probè observandum est, hos Autores sibi invicem non esse contrarios, licet alter Ottoni, Edittæ alter hoc tribuat negotium. Ipsi enim sese facile conciliant, Ottonem asserendo tanquam auctorem (si stylo Scholæ rem efferre licet,) principalem, Edittam verò ut causam secundariam, & impulsivam externam. Hæc enim per se ac primariò non pollebat hoc axioma, sed hic æquè ac in ipsâ oppidi restauratione radiis coruscabat mariti. (26)

§. VIII. Excurre hinc possem in descriptionem, cum Ottonis, tum Edittæ Conjugis, eorumq; natales, vitam, res gestas ac obitum prolixo sermonis filo deducere, si tam necessarium esset ac facile. Sed nolo Iliada post Homerum scribere. Præstiterunt hoc jam ante me Auctores Gravisimi, ex quibus unus instar omnium esse potest *Christianus Matthiæ*, (27) qui omnia ista tanquam in nuce: sufficiat interea nucleum in §. præcedente degustandum ex *Dressero* exhibuisse. At verò majori studio illud, quod assertum meum apprimè juvat, observo, inter jura Majestatica, s. ut alias appellantur, Regalia nostri Ottonis non postremum fuisse, cujus vigore Urbi nostræ hæc sua contulit Insignia. (28) Exinde enim major ipsorum elucet dignitas atq; eminentia. Nam (quod ha-

(23) *Metropol. Libr. I. Cap. III.* (24) *Secl. I. §. 24.* (25) *Cosmograph. Proso-*
metr. Lib. IV. Poligraph. tit. Magdeb. (26) *Vid Carpzov. Comment. in*
Leg. Reg. German. cap. XI. secl. XI. (27) *Theatr. Histor. in Ottone M.*
 (28) *Consule Cyriac. Spangenberg. Part. II. des Adel. Spiegels / lib.*
*XII. cap. XXIX. & XXX. Cass. Ziglerum de Jurib. Majest. libr. II. **

bet Aldrovandus (29)] magna est auctoritas Insignium, si à summis Prin-
cipibus defluerint: & cum (iudice Hæpingio) (30) Insignia nota sint
& indices dignitatis, quibus quis præfulgeat, tantò illustriora illa esse viden-
tur, quantò ab eminentiore profecta & imposita sunt. Quin magis etiam
prodest [inquirente Limnæo (31)] & magis relevat habere arma à Princi-
pe quàm à se ipso in multis.

§. IX.
THEOREMA III.

Insignia Magdeburgi præsentant duas turrets, Virginem,
& fertum in dextra ejus manu.

Hoc in theoremate totius propemodum rei cardo vertitur,
quod proinde tantò diligentius, quoad quidem ejus per antiquo-
rum monumentorum defectum fieri poterit, excutiendum est.
Quod si verò illa Insignia, quæ multis variisque distinguntur figuris,
[iudice magno Harsdörffero, (32)] nova plerumq; ac tantum non spuria
sunt, & cum exiguo acumine consarcinata, Simplicia autem, nimieq; ac in-
terdum ineptæ prorsus varietatis expertia, pro antiquissimis habentur & o-
ptimis; (33) non immeritò dixerim, hanc sibi laudem præ reliquis
nostra vindicare Insignia: Vix enim tria [quo numero DEUS
impare gaudet] (34) præcipua complectuntur, quæ nitidissimus
Poëta Maurerus (35) hoc disposuit ordine:

D Urbs

* cap. XXI. §. VIII. & IX. Hæpingium de Jure Insign. cap. VIII. n. 19.
seqq. Siebmacheri à Paulo Furstio continuatum opus armoriale Præf.
Part. I. §. III. (29) Ornitholog. pag. 50. (30) d. l. cap. XII. n. 3. (31) J.
P. Lib. VI. Cap. VI. num. 27. Vide etiam Barthol. Chassanei Catal. Glor.
mundi Part. I. Consid. 38. Concl. 36. (32) im grossen Schauplatz Lusts
und Lehrreicher Geschichte Cent. II. cap. XXII. §. 4. ubi lepidam insper-
git historiam de rustico quodam Belgico. Is foribus casule suæ qua-
dratum affixit scutum, in quo aquila, vomer, leo, columna, simia & an-
ser conspiciabantur, oram verò clypei cingebat vellus aureum. Hunc ri-
diculum scuti ornatum Princeps Nassovia inter prætereundum aliquan-
do admiratus, quæsit ex rustico, unde illud aureum vellus accepisset?
Cui ille respondit: Wel myn Heer/dat stath so fry!

nc lo-
Editta
quod
repe-
aximè
proba-
que
lucun-
utpote
impe-
esse vo-
invi-
ribuat
o tan-
Edit-
Hæce-
quæ ac
tonis,
ac obi-
ac fa-
in hoc
nnum
am in
dum ex
fertum
at alias
cujus
le enim
vod ha-
bet
b. Profo-
ament. in
ttone M.
egels/ lib.
br. II. *



—— ———
*Urbs tenet hæc Insignia turres,
 Quas decorat Virgo florida ferta gerens.*

§. X. *Turres*, inquit, *easq; duas*, de quibus, quâ occasione nostra intraverint Insignia, non unus omnium sermo est. Memini, quid Vir quidam non infimæ auctoritatis nec vulgaris eruditionis aliquando coram me senserit, per istas nempe significari binas illas turres Templi Cathedralis, quod hodiè ibi conspicitur, magnificentissimi. Et fateor, hanc opinionem primâ quidem fronte sic satis mihi visam fuisse probabilem, verùm successu temporis planè displicuisse, ubi ex historiarum monumentis cœpit innotescere, hujus Templi primas lineas seculo demum XIII. à C.N. ductas fuisse, quibus ultima tandem manus 116. post annis imposita est. Digna sunt, quæ hîc legantur, verba *Scriptoris anonymi* (36) der eigentlichen Beschreibung der Weltberûmten Erzbischöfl. Dom-Kirchen zu Magdeburg. Illa verò sic se habent: (37) A.C. 1211. hat der XIIII. Erzbischoff und Cardinal Albertus die noch anieszò stehende herrliche Doms Kirche auff der Stelle/ da vormals das nach Berga verlegte Kloster gestanden/ zu bauen angefangen/ und mit vier Thürmen also proportionirt anlegen lassen/ daß die Höhe des Doms/ welche 208. Ellen beträgt / mit der Kirchen Länge / und die Höhe des Mittel-Gewölbes / so von 55. Ellen/ mit der Breite der Kirchen übereinkömmet. Von denen vier Thürmen aber sind nur zween zur perfection gebracht/ die andern beyde aber/ so neben dem Chor stehen / noch nicht ganz in die Höhe geführet. An diesem vortrefflichen Gebäude soll bey die 116. Jahr gebauet worden seyn/ ehe es zum völligen Stand können gebracht werden / und ist diese

Doms

(33) *Vid. Hæping. c.l. Cap. II. num. 1040. & 1042. ubi inter alia sequens affert dignum notatu distichon:*

Forma quid hæc clypei simplex? fuit ista vetustas,
 Simplicitas formæ stemmata prisca notat.

(34) *Virg. Eclog. VIII. v. 75.* (35) *citatus apud Steph. Ritterum d. l.* (36) *Hunc summum isthic ante hæc Virum, sed jam vita beatè functum, expresso nomine asserit Schrödterus in Chron. Magdeb. MSS. quod tamen, non quod memoratu indignum sit, sed quod ipse sic voluerit, hîc dissimulo.* (37) *Cap. I. §. IX. ubi tamen simul fateor, se hæc hausisse ex Pomarii Chron. Magdeb. in Alberto, & Dresseri Chron. Saxon. p. 252. seqq.*

Dom-Kirche erst Anno 1363. von dem XXXIIsten Erz-Bischoff Theodorico mit grossen Unkosten in Beyseyn vieler Fürsten / Bischöffe und Prælaten mit trefflicher Solennität und Pracht den Sontag vor Simonis & Judæ eingeweihet worden. Ex his itaqve patet, inter tempora conditorum nostrorum Insignium & istarum turrium erectionem minimum 271. intercessisse annos: qvo igitur modo hæ illorum potuissent exemplar existere? Non-Entium uti nullæ profectò dantur affectiones, ita nec Entium positivorū exemplaria esse qveunt.

§. XI. Proprius igitur ad veritatis regulam accedere dicendi sunt illi, qvi turrium istarum occasionem tribuunt convenientiæ nominis Magdeburgi, qvam uti sæpenumerò evenisse non uno exemplo probat & defendit Clarissimus *Hæpingius* contra qvosdam Heraldos: (38) ita & hîc locum obtinuisse suum planè dubitandum non est. Nomen enim antiquum à Germ. Burg / i. e. arx turrita habebat nostrum castellum, qvod cùm toleraverit ipsa Editta in istius restauratione, (39) qvidni etiam ejus memoriam ipsis Insignibus commendasset? Confirmare hoc videtur Excellentiss. *Sagittarius*, (40) qvando eleganter observat, *plerasq; Urbes Germanicas in burgum sinientes in Insignibus aliquot præferre turres*, qvod inductione exemplorū, *Dusburgi, Hamburgi, Luneburgi, Reinoldisburgi, &c.* deinde probat. Huc accedit, qvod tradit Summus *Harsdörferus*, [41] & cum ipso *Martinus Zeilerus*, [42] olim ab Heroibus in Insignia assumtas fuisse turres istas, qvas ipsi superaverant suoq; jugo submiserant. Id qvod optimè quadrat in Ottonem nostrum, qvi castellum Magdeburgicum, antea ab Hunnis & Vandalis miserè devastatum, in libertatem asseruit, rei qve memoriam non in suis ipsius, qvæ illustrius lumen non desiderabant, sed urbis instauratæ Insignibus superesse voluit.

§. XII. Unde autem præcisè binarius ille turrium numerus ortum ducat, de eo historiæ certi qvid non tradunt. Interim putaverim, eum à turribus illis binis, qvibus arx, qvæ olim ibi exstitit, fuit conspicua, (si fides hæc antiquiori cuidam numismati habenda

D 2 da

(38) *De Jure Insignium cap. V. n. 39. seqq.* (39) *Vide supra Sect. I. §. 24.*
(40) *In historia Rensburgi, Civitatis Holsatiæ, §. XI.* (41) *Part. II. Frauenzimmers Gespräch: Spiels fol. 135.* [42] *Centur. III. Epist. C.*

no-
ini,
onis
llas
en-
atis
dis-
hu-
isse,
gna
hen
gdes
Bis
ome
e ge
nirt
mit
von
vier
ende
yret.
rden
diese
Doms
s af-

(36)
pres-
non
nulo.
bro-



da est,] defluxisse. Quæ verò causa sit forium apertis valvis patentium, sed cancellis ad dimidiam partem obfitarum, eâ de re non dubito pro me usurpare, (paucis mutatis) verba sæpius laudati *Sagittarii*, quibus utitur, ubi de verâ nominis Solqvella derivatione sollicitus est: (43) *Quod si nostram hîc fateremur ignorantiam, nemo id jure nobis vertere posset vitio, cum tot sint Germanicarum urbium nomina, (Insignia) quorum veros natales (aut affectiones alias) nesciamus.* Si quis tamen conjecturæ locus est, dixerim, vel servari hîc memoriam illius portæ, quæ in castellum istud antiquum introduxit; vel latere arcani aliquid, dum nim. Otto M. patentibus valvis aditum omnibus bonis Civibus in hanc suam novam Urbem patefacere, objectis verò cancellis omnes improbos pacisqve publicæ turbatores longissimè exclusos voluerit.

§. XIII. Sed linquo arcem, rectoqve pede ad *Virginem* eo, quæ in istius editiore parte conspicua est. Hîc autem, si de ejus origine quærat, non est, ut fidem adhibeamus fabulosæ *Glossatoris Juris Weichbildici* relationi, quam nobis hisce verbis, quæ bonâ fide transcribo, conatur obtrudere: (44) *Es was eine Festung gelegen über die Elbe / die was besetzt mit Jungfrauen und mit Mägden / die waren der Burg gewaltig und des Landes / und die Burg nennet man Magdeburg: Denn dieselben Mägde und Jungfrauen hatten sie selber lassen bauen. Da Kaysar Otto die Land besetzte mit dem Volck / da begaben die Jungfrauen die Burg. Und darum führen noch die von Magdeburg eine Jungfrauen in ihrem Banner / die auffgerichtet stehet zwischen zweyen Thürnen / und hat in ieglicher Hand einen Rosen-Kranz. Bey dem / daß die Jungfrau stehet / ist zu vernehmen / daß sie unbezwungen waren.* Enim verò, quia fundamentum, opinio nimirum de Virginibus, Magdeburgi olim dominatricibus, fabulosum & falsum est, uti ex supra (45) dictis constat, non potest non ejusdem, i. e. nullius, valoris esse hæc de Virgine in Insignibus sententia, quam priori superstruxit.

§. XIV.

(43) *In Historia Marchiæ Soltvedelensis hîc annò editâ §. XV.*

(44) *Artic. X. pag. 19. Edit. Lips. Anno 1551.*

(45) *Seçt. I. §. XVIII.*

§. XIV. Nec etiam audiendum puto h. l. *Hœpingium*, (46) & qui ex parte cum ipso facere videtur, *Knichium*, (47) opinantes, *memoriam Gentilismi, Veneris sc. ibi quondam culta mansisse in Insignibus, ut nominis origo per puellam, Coronam sertaceam manu attollentem, demonstraretur.* Nam, ut non provocem ad Auctores supra laudatos, ex longè altiori nobiliori què principio rem hanc derivantes, quos uberius paulò infrà (48) explicabo; hîc illud tantum adnoto, quod ipsa Insignium cum Idolo Veneris collatio reclamet, quippe cujus longè alia olim fuit facies, quàm quidem illorum est. Ex multis [quos inter *Petrus Albinus*, (49) *Joh. Pomarius*, (50) *Andreas Wernerus*, (51) *Erpold. von Lindenbruf* / (52)] istud delineantibus audiamus *Cranzium*, (53) qui ita: *Simulacrum tale fuit: Stabat in curru nuda femina, myrticâ caput cincta coronâ, ardentem faculam in pectore, in dexterâ mundi figuram, in sinistrâ verò aurea mala tria præferebat. Post eam tres puellæ [Charites Græci, Latini Gratiâs dixere,] nexis manibus nuda singula poma gestabant, aversis invicem vultibus dona porrigentes. Jugales quadrigæ erant gemini cygni, totidemq; columbæ. Venerem, hâc imagine figurabat Gentilitas, quæ in omni mundo dominatur. Gratiâs illa comites habet, quæ alternis obsequiis junguntur, hoc vult nexus ille manuum. Vultus avertunt, quia beneficia non impropèrant. Sed bono mysterio vana suberat religio, quam Carolus subvertit, instaurans in locum Ecclesiam S. Stephani. Hactenus Cranzius, cujus ductum sequutus Pomarius figuram Idoli ære calatam exhibet, in *Chronico tam Saxónico*, (54) quàm *Magdeburgensi*, (55) ubi videri potest. Sed quænam quæso hîc est convenientia? ubi in Insignibus currus? ubi ardens facula in pectore virginis? ubi mundi figura? ubi aurea mala? Absit igitur, & longissimè absit istud idolum ejusq; memoria, quæ, ut Deorum Dearumve omnium, in perpetuâ potius esto apud Christianos maledictione!*

§. XV. Mitiùs, etsi nihil rectiùs, sentit *Autor anonymus* [sed, uti ex singulis circumstantiis colligitur, Pontificius,] carminis cu-

D 3

jusdam

(46) *De Jure Insign. Cap. VI. n. 1114.* (47) *Oper. Polit. Lib. II. Part. III. Sect. IV. Cap. II. p. 925.* (48) *vid. §. XVI.* (49) *Chronic. Misnic. Tit. XI.* (50) *Chronic. Magdeb. p. m. 9.* (51) *Chron. Magdeb. p. m. 4.* (52) *Chron. de Carolo M.* (53) *Saxon. Libr. II. Cap. XII.* (54) *pag. m. 33.* (55) *pag. m. 8.*

Quisdam ab amico communicati, qui originem nostræ Virginis refert ad Mariam Deiparam, cui Otto hunc locum à cultu Veneris idololatræ, quo conspurcatus erat, liberatum hoc ipso dicare, ejusque venerationi consecrare voluerit. Sed quàm hæc etiam incerta sint, vident omnes, qui in Historiâ Ecclesiasticâ vel leviter versati didicerunt, Ottonis tempore abominandam illam Μαρολατρείαν non tam amplas diffudisse fimbrias, quàm seculis seqvioribus, etiamsi jam Seculo V. à C. N. Petrus Gnaphæus, Presbyter, Chalcedonensis, & postea Episcopus Antiochenus, in omni precatione nomen DEI-genitricis invocandum sanxisse scribatur. Vide *B. Hieronymum Kromayerum*, (56) *B. Job Meisnerum*, (57) &, qui hodiè Witebergæ docet, *Dn. D. Meierum*, (58) aliosque. Et ponamus, coluerint jam illo tempore Mariam reverenter, unde verò Anonymus hoc nobis probabit, eam per hæc ipsa Insignia Virginea, cultam fuisse? Imò verò, si Sancti vel Sanctæ alicujus honori hæc voluisset Insignia suspendere Otto I., potius [cei ego quidem existimo,] S. elegisset Mauritium, utpote cui primum Cathedrale, Templum pio quodam zelo dicavit, testantibus id non paucis ejusdem diplomatibus, quæ apud *Henricum Meibomium*, (59) & *Dn. Sagittarium* (60) evolvi possunt.

§. XVI. Igitur, ut genuinum jam fontem aperiamus, tenendum est, nominis itidem [sicut supra de turribus (61) ostendimus] virginei occasione Virginem nostram ingressam esse Insignia. Ad quod deinde accedit ipsa urbis instauratio, cujus, tanquam à fœminâ susceptæ, memoriam ab interitu vindicare voluit Editta, Imperatrix, quando *sui sexûs* personam, imò ejus *storem*, [uti *Bertius* loquitur, (62)] Virginem Urbi suæ novæ in perpetua indulgit Insignia

(56) *Histor. Eccles. Centur. V p. m. 214.* (57) *Dissertat. de Sepultura B. Mariæ, Witteb. A. C. 1667. habitâ.* (58) *Disputatione, quam inscribit: Systema Theologiæ Mariæ, Witteb. A. C. 1684. proposit.* (59) *Chron. Bergensi, ab Henrico Meibomio, Heinrici Nepote τῷ πάλῳ edito.* (60) *Antiquit. Magdeburg. §. XLV. seqq. His adde Bullam Joh. XIII. Papæ, quam, ante nunquam editam, exhibet anonymus Auctor Cap. I. der eigentlichen Beschreibung der Primat-Erzbischofflichen DomKirchen zu Magdeburg.* (61) *vide §. XI.* (62) *Libr. III. Comment. Rer. Germ. Tit. Magdeb.*

gnia (63). Ipse præterea Imperator, dum ista rata habuit, non obscure voluit significare, Edictæ suæ hunc locum, cujus amœnitate & commoditate perquam delectabatur, debere esse dotalitium, id quod jam ante confirmaverat Diplomate mens. Septemb. A. 1540 publicato, in quo alia inter fatetur, *quòd in loco, Magdeburg nominato, ob amorem DEI, ob memoriam Patris sui, & pro remedio animæ ipsius, venerandæq; Matris suæ, suiq; & Conjugis suæ, cujus & prædictus locus dos fuerit, Ecclesiam construere voluerit.* (64)

§. XVII. Atque hinc exsplendescit summa nostrorum Insignium nobilitas, [nam *hominis in armis imago rationis, æquitatis, pietatis, religionis, militiæ omnisq; fortitudinis typus est*, verba sunt *Cornelii à Lapide*, (65)] quam fitus Virginis præclarus magis magisque illustrat. Etenim, quod Heraldici inter leges ritè conficiendorum Insignium referunt, *animalia sc. semper in actu eminentiori & nobiliori, h. e. quò magis suum vigorem exercere queunt, designanda esse & ponenda in armis*, (66) illud hîc quam accuratissimè observatum apparet, quum Virginem erecta & animosa statura maximè commendare soleat, adeò ut non desint, qui propterea ipsum Virginis nomen à virendo & sursum exurgendo derivare malint.

§. XVIII. Sed satis de Virgine: Superest, ut *Sertum*, quod manu attollit, brevisimis etiam lustremus. Sertum, inquam, non Sertæ: hoc ipso positurus denuò obeliscum ad fabulam ex *Glossâ Juris Weichbildici* supra (67) adductam, quâ Virgo nostra utrâque manu *Coronam* [uti appellatur] *rosaceam* præferre dicitur. Sed dicitur: producat enim auctor vel unicum idq; probatum monumentum, in quo opinioni suæ asylum inveniat. Longè aliud vel ex numismate seculi superioris anno 76. [cum novennio ante, anno nempe 67. Maximilianus II. peculiari privilegio jus cudendæ monetæ aureæ & argentæ Magdeburgo concessisset, (68)] atque sic proximis ab editâ illâ *Glossâ* temporibus, cuso ostendi potest, quod unicam tantum coronam exhibet.

§. XIX.

(63) vide modò laudatum *Bertium c. l. & Ritterum d. l. p. 592. it. Zeilerum Itiner. German. cap. V.* (64) *Sagittar. Antiquit. Magd. §. XLV.* (65) *Comment. in Ezech. cap. I.* (66) *Hæping. cap. XI. n. 38.* (67) *vid. §. XIII.* (68) *vid. Knichen Oper. Pol. pag. 593. & Gengebach Chronic. Magd. Cap. XIII.*

§. XIX. Sed de hâc simplici Coronâ duplex apud Auctores obtinet opinio. *Hæpingius* in eundem h. l., quem antea, lapidem impingit, [parcant mihi ipsius manes!] quando coronam hanc [cei vocat] fertaceam *Veneris* ibi quondam cultæ memoriæ referre asserit. (69) Sed, qui *Venerem* illic à Romanis cultam dicunt, [utor verbis *Petri Bertii*, (70) quanquam paulisper immutatis,] atque inde Insigne *Virginie*, (70) quamquam datum, nescio unde *Venerem* didicerint esse *Virginem*, Certè *Venus*, tantum abest, ut *Virgo* sit, ut potius omnis impudicitie & spurcicie sit mater. Quomodo igitur ferta *Virginali* digna erit, quod *Virginitatis* Symbolum est? Et quanquam non negem, *Virgines* quondam *Veneris* statuam fertis & corollis ornasse, [fide *Caroli Paschalii*, (71) & *Job. Michaëlis*, *Eloqv. antebac in Academia Gryppicâ P.P.* (72) imò ipsius *Alberti Cranzii*, *Venerem* myrteâ coronâ insignem supra nobis depingentis, (73)] sciendum tamen est, hunc ipsi honorem exhibitum fuisse, non quâ virgo, sed quâ vel idolum, vel artis amatoria inventrix est, ea propter amantium Dea credita. (74) Et quid multis? quemadmodum nostra Insignia *Veneris* memoriæ in universum abominantur, quod supra (75) latius deduximus: ita nec Sertum aliquod *Venereum* tolerare aut præsentare possunt.

§. XX. Melior igitur *Bertii* & *Ritteri* sententia est, (76) cui & nostra nos nomina damus, qui hoc sertum, uti totum Insigne, liberrimæ dispositioni Imperatricis acceptum ferunt, quæ istud [dubio procul occasione *Virginis*,] tanquam sexûs sui incorrupti signum, *novæ Urbis Insigne* esse voluerit. An autem ad coronam respexerit, roseam, [quod vult memoratus *Glossator Juris Weichbildici* (77)] an violaceam, [prout violam haud absurdum *Virginitatis* Symbolum appellat *Paschalius*, nonnulla ostendens comparationis membra, (78)] an pineam, an aliam, de eo liberum esto cuique iudicium, cum

(69) loc. cit. Cap. VI. num. 114. (70) Lib. III. Comm. Rer. Germ. (71) De Coronis Libr. IV. cap. III. (72) Dissertatione Philologicâ de Coronis, quam A. 1650. publici juris fecit, & *Christina*, eopse anno in *Sveciæ* Reginam coronata dedicavit. (73) Consule Sect. II. §. XIV. (74) *Natal. Comit. Mytholog. Lib. IV. cap. XIII.* (75) modò allegato §. XIV. (76) locis paulò superius citatis. (77) vide §. XIII. (78) de Coronis Libr. III. cap. IV.

cum materiam coronarum olim constet fuisse multiplicem, ac propemodum infinitam: (79) sufficit, eam nostris Insignibus excellentem, conciliare dignitatem. Nam Corona est, quæ signat absolutionem, consummationem, perfectionem. Corona ea est, ultra cujus excellentiam mortalium vota non extenduntur. Hæc illa est, quæ propriâ quâdam prerogativâ eminent inter eminentia, inquit cum laude iterum iterumq; nominandus Paschalius. (80)

§. XXI. Sed de insolito hujus coronæ situ, cur scilicet manu gestetur, cogitandi cuiquam posset subnasci materia, cum ex literarum monumentis constet, rarissimam olim fuisse gestationem coronarum in manibus, magis autem usitatam in capite. Est corona proprium decus capitis, ait Clarissimus Paschalius, (81) & paulò post, allatis tantum quatuor exemplis gestator manuum fertorum, subjicit: Sed hoc rarum, ut corona manu gestentur: Frequentissimè & ferè semper capiti imponuntur. Ibi locata corona mirum dictu, quantum auctoritatis conciliet gestori suo. Equidem nonnemo, ut avertat hoc dubium, respondet, & nostræ Virginis Caput olim hæc suâ coruscasse coronâ, sed, postquam ejus Virginitas semel atque iterum ab hostibus violenter tentata, & tantum non erepta esset, ipsam hoc decus suum de capite turbatum manu apprehendisse, & in signum conclamati statûs omnibus spectantibus exfertâ manu ostendisse. Verum qui paulò emunctiorum narium est, & tantum meminit, eandem ipsius, quæ hodiè, dispositionem jam ante *παιωλεθρίαν* Magdeburgicam fuisse, (82) is facillimè intelligit, quo loco Traditio hæc [si ita loqui licet,] ἀνεξαφθ, i.e. nullius probati Autoris aut monumenti suffulta testimonio, habenda sit. Igitur, si, quid mihi videatur, dicendum est, autumaverim Imperatricem in re insolitâ insoliti etiam nonnihil commisisse. Nam cum illo tempore nondum adeò vulgatum esset, ut singulæ Urbes Germanicæ suis gauderent Insignibus, factum est, ut Editta, quæ pollebat auctoritate, à communi consuetudine se absolvens, fertum in Virginis manum erectam daret, latente [nisi me insigniter fallit conjectura,] hoc mysterio, ut manu velut indice omnibus significaretur, hanc Urbem de Illustri

E hoc

(79) Idem Libr. III. Cap. I. (80) l.c. Lib. I. Cap. I. (81) Lib. V. Cap. V.
 (82) Repete, quæ suprâ §. 18. diximus de numismate sub Imperio Maximiliani II. cuso.



hoc Imperatricis dono sibi gratulari, ceu tali in negotio loqui amat Philippus Cluverus. (83)

§. XXII. Atque hoc tantò faciliùs credi potest, quò diligentius prospexit Editta, ut *dextra* manus corollam hanc teneret. Hæc enim, uti alibi, ita & in Insignibus singularem ἐξοχήν habet, ceu passim observant Heraldicæ artis Doctores. (84) Ubi tamen nemo sibi imponi patiatur eò, quod intuenti à sinistro latere se ostendat corona: Nam, quod Insignibus in genere, id nostris etiam evenit, quæ *instar Speculi sunt, in quo id, quod revera est dextrum latus, respectu introsipientis hominis, dicitur sinistrum; quod verò sinistrum, dextrum nuncupatur*, accuratè id observante Spangenbergio. (85) Proinde cum insuper hoc habuisse videatur Petrus Lotichius, mirum non est, quod in alteram partem aliquantisper hallucinatus, hunc in modum scripserit: (86)

Stabat arenoso vetus Urbs in margine ripæ,

Omne cruentato milite cinctâ latus.

Castrâq; spectabat Virgo de mœnibus altis,

Fallor, an in lævâ ferta fuere manu?

Cæterum sub finem hujus Theorematis Lectori nostro in aurem dictum volumus, quod Nobilissimus Hœpingius aliquo loco (87) habet: *Impossibile est, ubi vis accuratam causam huic vel illi clypeo applicare, sufficiat saltem probabilem aliquam habere, & in hujus defectu quoddam hieroglyphicum.*

§. XXIII.

THEOREMA IV.

Insignia hæc Magdeburgo collata sunt Anno C. 940.
Imperii Ottoniani V.

Eqvidem de ipso temporis articulo, quo Magdeburgum hoc suo thesauro uti fruivé cœpit, dolendum est, quod antiquissima, nos monumenta non satis expresseq; erudiant. Interim nulli dubitamus, illorū natales cum ipsis instauratæ Urbis initiis arctissimo velut vinculo conjungere. Etenim cum Otto M. probè intelligeret,

Prin-

(83) *German. Antiqu. Lib. I. cap. XLIV.* (84) *Bartol. Tractat. de Insign. & armis, it. Hœping. cap. IX. n. 44.* (85) *Adel. Spiegel Part. II. Lib. XII. cap. XXXIII.* (86) *Libr. II. Eleg. IV.* (87) *Cap. IX. n. 146.*

Principē vix majorē gloriam consequi posse, [quod iudicium est accuratissimum Vegetii (88)] quā aut novas civitates fundando, aut ab aliis conditas in nomen suum sub quādam amplificatione transferendo; nihil eorum intermisit, quæ vel ad amplificandam vel illustrandam hanc suam Urbem novam ex assē facere videbantur: unde extra omnē dubitationis aleam positum est, eum illo ipso instaurationis anno [qui in A. C. 940., Imperii Ottoniani V. incidit, (89)] inter alia privilegia & immunitates, quibus cives bonos ad incolendum hunc locū invitabat, (90) vel in primis ipsi donasse hæc Insignia, eā præsertim ratione adductum, quam proximè secuturo Theoremate explicabimus. Neque verò hoc assertum sine teste ὁμοψήφω pronuncio, cum in illud recto etiā pede descendere videatur Pet. Bertius, (91) dum & instaurationem & Insignium constitutionem in unum, velut eundemq; Edictæ actum complicat.

§. XXIV. Atque hinc iterum non possum, quin venerer illorum egregiam dignitatem atq; eminentiam, per canam illam antiquitatem se clarissimè exferentem. Nam quemadmodum nobilitas quò antiquior, eò quoq; major, & ut ita dicam, nobilior, & quò longius procedit, eò magis augetur, & cum generis vetustate plurimorum ornamentorum dignitatem & numerum conjunctum habet: ita quoq; Insignia quāntò sunt antiquiora, tantò majorem splendorem conciliant: quæ verba sunt sæpiùs laudati Hæpingii, (92) qui vicissim alio loco: (93) In hæc per antiquitatem probatione hoc singulare, quod, licet Insignia familiæ (civitatis) antiqua nobilitatem dare & comparare nequeant, ornent tamen eam, illi splendorem attribuunt, eamq; illustriorem reddant. Imò vetustas & antiquitas regie auctoritati æquiparatur, eamq; præstat, quamvis jus non probet: legis vim obtinet, justitiam habet permanentem, reverentia magna ei debetur, & ut verbo dicam, multa operatur.

§. XXV.

THEOREMA V.

Insignia hæc Magdeburgum à reliquis Civitatibus distinguunt.

E 2

Equi-

(88) Prolog. Lib. IV. citat. à Knichio Op. Polit. libr. I. cap. VII. Tb. III.

(89) vid. supra Sect. I. §. 15. (90) Cranzius Metropol. Lib. III. cap. X.

(91) lib. III. Comment. Rer. Germ. (92) c. l. cap. II. n. 1051. & 1052.

(93) cap. XV. num. 8. & 9.

bi-
en-
æc
eu
mo
dat
it,
ctu
m
adè
est,
no-

m
87)
pli-
od-

hoc
na
bi-
mo
ret,
rin-

.
XII.



Eqvidem non diffiteor, longè plura in hâc nostrâ Urbe reperi-
ri, quæ eam à reliquis satis clarè possunt discernere, situm putà ad
Albim, fluvium Germaniæ celebratissimum, amplitudinem, ædi-
fiorum tam publicorum quàm privatorum splendorem, cultum
divinum florentissimum, legum ac disciplinæ rectitudinem, Ci-
vium modestiam, & quæ sunt alia; ast tamen neutrum horum o-
mnium tam luculentum, præsertim apud peregrinos, discriminis
erit indicium, quàm quidem ipsa hæc Insignia, quæ, naturam In-
signium genericam induentia, non absimilia sunt *Nominibus pro-*
priis. Quemadmodum verò hæc inventa sunt ad cognoscendos homines:
ita & Insignia eò sunt excogitata, ut persona à personâ, civitas à civitate
discernatur, differente sic Besoldo, quem consule. (94)

§. XXVI. Ex quo liquidissimè deinde hoc fluit, quòd Insignia
hæc Magdeburgo cum nullâ aliâ Urbe possint esse communia.
Quod si enim *aliis ad familiam aliquam non pertinentibus permitten-*
dum haud est, ut ejus Insignia Gentilitia præ se ferant; quemadmodum
ambitio quendam eò compulit, ut fingeret sibi loco Insignium Aquilam &
Ursam catenâ columnæ alligatum. In quem Bonifacius (95) tale stringit
distichon:

Redde aquilam Imperio, Collumnis redde columnam,

Ursinis ursam: sola catena tua est;

innuens, nihil illi futurũ venustius, quàm catena gutturi ejus injicienda,
[referente hæc & interpretante Πολιτικῶν ἄνω Ge. Schönbornero; (96)]
multò fanè minus licebit Urbi, urbis alterius Insignia, quæ ex sin-
gulari gratiâ Imperatoris habet, ad se rapere & usurpare. Confer
Hæpingium, hâc de re ex professo & solidè differentem, (97) cui adde
CL. M. Vogelii Dissertationem de Insignibus Lipsiæ, ubi plurima
Selectissimorum Auctorum testimonia huc facientia reperies. (98)

§. XXVII. Dicitis: At verò Hildesienfis Civitas eadem fermè
usurpat Insignia, Virginem scil. cum Serto virginali: R. rectè mo-
nes: *eadem fermè, non autem planè eadem: hinc distingvo in-*
ter identitatem & similitudinem, vel clariùs, inter convenientiam tota-
lem & partialem. Illam nego ac pernego, hanc τὰν ἀμφοῖν largior.
Con-

(94) *Thesaur. Præct. voc. Wapen.* (95) *Tract. de Furtis.* (96) *Politic. lib.*
I. Cap. X. de Familiis. (97) *l. c. cap. II. §. 1056. se qq.* (98) *Cap. III.*
§. 6.

Conveniunt sanè in eo, quod utraqve Virginem præ se ferunt cum fertio virgineo: differunt autè, quod nostra Virgo gestat corollã dextrã manu in liberum aërem protensã, ista verò fertum utraqve manu apprehendit, & inferiori pectoris parti admovet: nostra inter duas turres consistit; ista non æqvè. Taceo reliqua eaqve aper-tissima discriminis signa, quæ ex αὐτοψία observari possunt. A partiali verò convenientiã ad omnimodam ac totalem colligere, αὐτοπov. Imò verò datã vel unã armorum dissimilitudine, etiam aliàs visu eadem, diversa tamen judicabuntur, cum sufficiat, quod arma seu In-signia mea differant à tuis tali signo vel demonstratione, quod detur diversi-tas, prout rectissimè judicat Chassaneus. (99)

§. XXVIII. Speciales autem fines horum Insignium quod attinet, ut nempe sint ornamenta Nobiliss. Magdeburgi, item signa singularis, quã Otto I. Conditor in ipsam Urbem propensus fuit, gratiæ certissima &c. illos cum in superiùs dictis subinde insperferim, nolo hïc repetere, ne cramben, quod ajunt, bis coctam cum molestissimã Lectoris nausèã apponam. Quin potius propero ad illud, quod suprã (100) instar superpondii cujusdam promisi,

§. XXIX.

THEOREMA VI. & ultimum.
Insignia Magdeburgi habent sua arcana.

Habet profectò ars Heraldica seu scutaria sua mysteria, scribit ali-quo loco (101) Excellentiss. noster L. Fellerus, Poët. P.P. Academiae nostræ Bibliothecarius longè meritisimus, Præceptor ac Patronus noster nunquam sine præviã veneratione nominandus. Ipsum verò hanc vocem non usurpare in sensu strictissimo & Biblico, quo denotat res arcanas & cœlestes, citra revelationem planè igno-tas, (102) fungum pro cerebro habeat necesse est, qui non intelli-git, sed laxiori potius acceptione, qua significat omne id, quicquid μυστα seu occultitur, s. omne arcanum & reconditum, uti eleganter ex-

E 3

pli-

(99) Catal. Glor. mundi Part. I. Confid. 38. Concl. 48. (100) vid. Præloqv. sub finem. (101) Programmat. in obitum Nobil. Juvenis Pet. Erb. Beh-rii. (102) de hoc passim agunt Theologi, compendiosè verò Jac. Raupius Biblioth. Portat. Theoret. Lexic. Theol. Tit. Mysterium.

ri-
ad
di-
am
Ci-
o-
nis
n-
ro-
es:
e
nia
a.
en-
m
g
ngit
da,
06]
in-
fer
lde
na,
98)
mè
no-
in-
ota-
ior.
on-
lib.
III.

plicat *Christianus Becmannus*. (103) Neq; hoc sine exactissimo gravissimorum Auctorum consensu asserit. Ita enim *Spangenbergius*: (104) *Non incredibile est, nullum Insigne antiquitus fuisse electum absq; premeditata & præcognita consideratione, quodvis etiam Insigne citra dubium suam agnoscere significationem.* Et *Gryphiander*, (105) *Insignia, inquit, suos habent allegoricos & Symbolicos intellectus; cui consonum est iudicium Hæpingii, (106) qui ita: Effet imperiti hominis, parumq; in historia exercitati, qui audeat affirmare, nullam subesse sententiam in eâ ingeniosâ Insignium structurâ.* Idem quoque (ut propius ad rem deveniamus,) observare licet in nostris Insignibus, quæ sua quoque habent mysteria.

§. XXX. Ante verò quam illa recludam, distinctiunculâ aliquâ me munio inter *Mysterium Innatum & Illatum*. *Innatum* voco illud, quod in ipsis insignibus involvit vel historiam aliquam, & sic vocatur *Mysterium Historicum*, vel *Virtutem*, & tunc audit *Morale*. *Illatum* verò nihil est aliud, quam allegoria quædam pia, honesta, licita, & accommodata, quæ ex Insignibus, manu ducentibus quidem, elicitur. Innata Insignium nostrorum *Mysteria* pasim jam aperui, præsertim in enucleatione *Theorematis IV.* Hòc autem locò quædam & honesta & pia, pio in optimam Urbem animo, inferam, sequutus in primis præeuntes quosdam *Poëtas*, quibus, iudice *Limneo*, (107) *hic maxima præ aliis est licentia.*

§. XXXI. Atq; ut hîc eundem, quem *Theorem. IV.*, observem ordinem, primo loco assumo arcem s. turres, quæ *Symbolum* esse possunt *turris illig fortissime, Nominis sc. Domini. quò Magdeburgenses omni angustia tempore cum omnibus justis confugerunt & servati sunt.* (108) Non jam memorabo varias clades, Urbi huic à variis hostibus olim intentatas; sed unicè nunc flectam oculos ad tribulationes illas, quibus superiori seculo premebatur, sed non opprimebatur. Nimirum ob repudiatum *Libellum Interim* [*Ἐπὶ τῆς σφίγγου* seu à constringendo quibusdam *Sphingem Interimisticam*, per anagramma v. *Mentiri* dictum, & adagio illo: *Das Interim hat einen*

(103) *Orig. LL. p. m. 531.* (104) *Adel-Spiegel Part. II. Lib. XII. cap. XLVI.*
 (105) *Comment. de Weichbild. Saxon. cap. LXVII. § 1.* (106) *l. c. cap. I. n. 61. & cap. V. n. 20.* (107) *J. P. lib. VI. cap. VI. n. 61.* (108) *Proverb. XVIII, v. 10.*

einen Schalk hinter ihm/ famosum (109)] à Cæsare Carolo V. A. C. 1549. proscribatur, & in prædam omnibus objiciebatur: (110) agri à Georgio, Duce Megelburgico, cædibus, rapinis, incendiis diripiebantur ac vastabantur, (111) ipsa urbs d. 4. Octobr. A. 1550. obsidione, integrum annum, & quod excurrit, durante duriter satis cingebatur: & quid non? Hostes quidem, ob deportatam victoriam propè Hilderslebam efferati, falsè ipsis acclamabant: *Hem Magdeburgici, ubi jam firma arx vestra? Ihr Jungfrau-Knechte/wo ist nun eure feste Burg? lieff sie nicht ins nechste Holz? ceu refert B. Reinhardus Bakius.* (112) *Sed stetit usq; arx illa, & fortissima turris, Nomen scilicet Domini, ad quod confugiebant: respondet ille ipse Theologus pientissimus. Nam [fatebantur scripto ipsis Cal. Octob. evulgato,] (113) Deus hâc ratione voluit pertentare nostram constantiam; de illius autem erga nos bonitate nihil quicquam dubitamus, quod, etiamsi fortè volet nos interire totos & opprimi, nihil tamen esse potest in eo mali: quantum enim satius est extremum adire periculum, quam à veri professione deficere ad Anti-Christum Roman. ? Etenim qui vel metu vel cupiditate quâdam remollescunt, se q; Tridentino Concilio subjiciunt, & impium illud decretum, Augustæ factum, recipiunt atq; laudant, dubium non est, quin hi tum in hâc, tum in illâ sempiternâ vitâ gravissimas daturi sint pœnas, nisi redeant ad sanitatem. Adversariis enim nostris metam atq; limitem esse positum à Deo scimus, quem non excedent. Oramus igitur omnes, ut suas preces nostris jungant, nec in nos arma capiant: nobis enim oppressis, eadem omninò calamitas in universam Germaniam, nullo discrimine, redundabit. Quod cum ita sit, ipsa profectò pietas & communis Patrie salus hoc à vobis flagitant, ut nobis, qui propter Evangelii doctrinam affligimur, vestra consocietis auxilia. Auxilia quidem humana ipsis deficiebant, sed non deficiebant divina, quæ toto obsidionis tempore ipsis erant præsentissima, tanto quidem numero, ut, si illum inire vellem, novum thema absolvendum acciperem. Videatur interea Sebastianus Bessel-*
mei-

(109) *vid. Kromayer. Hist. Eccles. Centur. XVI. p. m. 477. Dn. L. Adami Rechenbergii P. P. in hac Alma Celeberr. Diss. de Interim Augustano A. 1683. habit. (110) Job. Sleidanus Comment. de Statu Relig. & Reipubl. sub Carolo V. lib. XXI. p. m. 655. (111) Id. lib. XXII. p. 684. (112) Commentar. in Psalm. XLVI. p. 550. b. (113) Sleidanus loc. cit. libr. XXII. pag. m. 686.*

meierus, (114) Urbis eo tempore civis, ac durante obsidione vigilum præfectus, qui omnem rem gestam lingvâ vernaculâ descripsit, summâ quidem fide & diligentia, omni etiam affectu seposito, quod in ipso commendat *Metaphrastes anonymus*, qui illam historiam, latinitate tersissimâ donatam, literis publicis commisit Basil. A. C. M. D. LII. In hujus appendice ad Lectorem directâ memoratur historia de albo quodâ eqvo notatu dignissima, quam, quia libellus iste non omnium teritur manibus, non gravabor ipsis Auctoris verbis huc transcribere. *Hujus mira magnaq; opera captivi, quos Magdeburgenses habuerunt, mirè prædicarunt, hunc solum esse, qui acies eorum perfringeret, ordines disturbaret, animos deniq; auferret. Hunc quoq; semper in præliis primùm existere, atq; ipsum etiam Magistrum equitum ad lapidis jactum præcedere. Id indignè ferens equitum magister, quod neminem ante se in hostes irrumperere pateretur, repugnabat. Tum Georgius, Mechelburgensium Dux, qui in Urbe captivus detinebatur, hisce ferè verbis illi respondisse fertur: Egregius verò tu eques es ac valdè strenuus, quantumque in dimicando operam navas, ego ipse testari possum! verùm albus ille rusticus, (sic enim à multis appellabatur,) semper in conflictationibus te prior est, nostrosq; undequaque cedit atque prosternit. Quis ille nam sit, rogamus te & magistratum tuum diutiùs nos calare nolle. Sed nec equitum magister, nec Senatus, nec ceteri deniq; milites eò de equite sive rustico quicquam respondere poterant, quod nullum unquam talem oculis suis vidissent. Id tamen asseverabant, divini Numinis auxilium se quotidie sensisse, atque oculis mentis summâ cum gratiarum actione considerasse. Atq; tale hostium de eqvo albo, nimirum de S. Michaële, aut alio Angelo à DEO missò testimonium fuit. Hactenus Auctor ille.*

§. XXXII. Atque hic dubio procul ille Angelus fuit, quem ipsi Magdeburgenses vel inscii præfagiverunt, dum A. C. 1546. supernè ad aditum portæ, quam vocant, Sudenburgensis, Insignia sua lapidi incisa posuerunt, quæ ab utroque latere sustentat Angelus, cum hoc lemmate: *Gottes Wort bleibet ewig!* (115) quod etiamnum hodiè Symboli loco, (uti videre est in numismatibus) usurpant, cum superiore seculo tessera esset Protestantium in bello, quod contra Carolum V. gerebant (116) Imò mansit & Dei verbum &

(114) Huic adde, si lubet, Pomarii Sächsf. Chron. fol. 672. seqq. (115) Ex *Esaie XL. v. 8. & 1. Pet. I. v. 25.* (116) D. Joach. Hildebrandus, olim * in Acad. Julæ P. P. m. Colleg. MS. de Concilio, Tit. Synodo Torunens.

& DEUS ipse cum urbe & ejus incolis, qui factâ perquam honestâ transacti-
one liberati demum præter multorû expectati-
one, summamq; nominis gloriam
adepti sunt apud exteras nationes, quod propè soli per omnem Germaniam
exemplo suo docuissent, quid possit constantia. (117)

§. XXXIII. Constantiæ ejusdem, præcipuè in pietate ac religione ser-
vandâ, mysterium latere, imò patere judico in Virgine, quam nunc vi-
debimus. Prævium hâc in meditatione ducem agnosco *Metaphrasten*,
Besselmeieri suprâ laudatum, qui in ipso allegati scripti frontispicio Vir-
ginem nostram sic loquentem introducit:

Ante quidem bellum, in bello, post denique bellum

Est mihi servatus Virginitatis honos:

Sed quoniam jam sum tot millia passa virorum,

Dic mihi, quô potui Virgo manere modô?

Sed ipsa sibi deinde respondet: (118)

Quòd steterim Virgo tot millia passa Virorum,

Effecit Christus Virgine natus homo.

Quodq; viro digna est species & gloria tanta,

Non mea, sed Summi facta dedere DEI.

Sic qui sancta Patris servarint jussa Parentis,

Non metuent fraudes ulla nec arma virum.

§. XXXIV. Non absimile ab his est elegans Epigramma *Joh. Sti-*
geli, limpidisimi quondam in Academiâ Salanâ Poëtæ, quo nostræ
Urbi de hâc Constantiâ gratulatur: (119)

At tu, cui purâ fecit de Virgine nomen

Virgineâ virtus simplicitate potens:

Sic age, perge DEO invisos arcere Tyrannos,

Et Christi purâ mente tuere decus.

Jam fert aternam Tibi gloria vera coronam,

Ante homines Virgo stabis & ante DEUM.

§. XXXV. Ejusdem quoque gravitatis, quanquam minoris elegan-
tiæ [quod tamen seculi istius faciei facile condonari potest,] sunt ryth-
mi Teutonici *Erasmi* cujusdam *Alberti*, quos adnotavit *David Chytraeus*
hoc quidem ordine: (120)

F

Meyda

(117) *Verba hæc Encomiastica sunt Sleidani Comment. Libr. XXIII. p. 724. (118)*
in calce ejusdem scripti. (119) Volum. I. Carm. p. m. 216. (120) in Saxoniâ
Libr. XVII. p. m. 442.

Meydburg die heilge werthe Stadt/
 Ein Jungfrau für ein Wassen hat/
 Bedeut die heilge Christenheit/
 Die Gott in ihrem Herzeleid
 Stärket und tröstet immerdar/
 Und hilfft ihr sein aus aller Fahr.
 Welchs er an ikt gedachter Stadt
 Herrlich und wol bewiesen hat/
 Gott sey Lob/Dank/ Preis/Ruhm un
 Ehr/

Die Stadt Meydburg durchs rothe Meer
 Mit Gottes Wort gegangen ist/
 Für ihr ging her der HErrre Christ/
 Der halff ihr bald aus aller Noth/
 Drüm danken wir dem lieben Gott/

Den last uns fürchten und vertraun/
 Und fest auf sein Verheissung baun/
 Sein liebe Hand ist nicht verfürzt/
 Der HErr hat seine Feind gestürzt/
 Ins rothe Meer durch seine Macht/
 Im Staub und Roth liegt all ihr
 Pracht/

An Magdeburg der Wieder-Christ
 Redlich zu schanden worden ist/
 Die seelge werthe Stadt fürwar
 Hat ausgestanden groß Gefahr/
 Von aller Welt verlassen gar.
 Der HErr vom Himmel stand ihr bey/
 Daß sie ward aller Sorgen frey/
 Drüm dank sie Gott in Ewigkeit.

§. XXXVI. Equidem de sua Virginitate Virgo nostra hodie glo-
 riari eò nomine amplius non potest, quo suam prædicat incluta Respu-
 blica Veneta apud Philippum Camerarium, (121) quod origine tenuis [quæ
 jam ante hos mille & plures annos ipsi contigit] ab hostibus, quos habuit sepe-
 numero potentissimos, semper incorrupta inviolataq; manserit, nec adhuc fa-
 talem illam Rerumpublicarum periodum experta fuerit: quæ exemplū
 nullum haberi in historiis de ullâ Urbe vel Republ. licet potentissimâ & munitis-
 simâ, censet Autor laudatus; hæc enim gloriâ Anno hujus seculi xxxi.
 d. x. Maji (122) die Martis, post Dominic. Cantate, truculentâ vi ipsam
 proh dolor! spoliavit Tyllius, Generalis Cæsareus, cum inhumanâ
 planè crudelitate, nullâ vel ætatis, vel sexûs habitâ ratione in cives æ-
 què ac milites sæviret ipsius exercitus.

§. XXXVII.

(121) Oper. subcis. Cent. I. cap. XXXIII. & Cent. II. cap. XLVIII. ubi is (quod
 obiter hic adnoto) ad illum perpetuum vigorem plurimum adjumenti afferre
 existimat laudabilem illum morem, à Senatoribus Venetis, quando in curiam
 ad consultandum de publicis rebus conveniunt, observari consuetum. Solent
 enim ante vestibulum ejus omnes privatas inimicitias & similtates inter i-
 psos apud S. Marcum (uti mos loquendi ipsis est) deponere, ut animum ab
 affectibus in consiliis publicis liberiores afferre possint. (122) Elegans est E-
 teostichon, quo Aretius de Franchise, [uti se Autor anonymus appellat] ex anti-
 quisimâ Aceste Familiâ, complexus est Annum & diem: *

§. XXXVII. Aperit se hîc campus amplissimus amplificandi proli-
xiusq; percensendi miserandam hanc panoletriam, sed cum verear, ne
idem mihi eveniat, quod de se fatetur olim *ἀλώπηξ* B. D. Reinb. Bakius,
(123) *Stat coma, mens horret, flet gena, dextra riget!*

placet hîc & mihi & Lectori parcere, eundemq; si plura desideret, re-
mittere ad *Abr. Saurium*, (124) *Matth. Lungviziium*, (125) *Abelinum*, (126) &
modò laudatum *Bakium*. (127) Interim illud prætereundum hîc planè
non est, quod de hoc excidio memorabile exstet vaticinium ap. *Petr. Lo-
tichium*, (128) ab illo circa A.C. 1558. singulari Elegiâ, inprimis per Virgi-
nem sibi per somnium visam introductâ, & ad Joach. Camerarium per-
scriptâ decantatum, quod integrum hîc legendum sistere non esset di-
vidiâ, nisi obstaret chartæ, in quam incidi, angustia. Differam igitur
id negotii in aliam, quam spero, occasionem, ubi in gratiam latinè non
eruditorum communicabo simul versionem illius Teutonicam, rythmis
non inveniustis redditam, quam nuper inter miscellanea B. Parentis
mei inveni, ipsius manu scriptam, fortè etiam elaboratam.

§. XXXVIII. Sed esto: ita Virgo non sit nostra, (quanquam adhuc
quæri posset, an illa, cui violentia infertur, Virgo esse desinat?) alio ta-
men jure hoc titulo est dignissima. Etenim Virgineum, i. e. purum, ab
omniq; superstitione immunem cultum divinum habet, & à tyrannide
meretricis illius babylonicæ exempta, non Virginem *Θεοτόκον*, sed Vir-
ginis Filium atq; *Θεότοκον* illibatè veneratur & adorat. Deinde Vir-
ginis instar in *Potentissimi Electoris Brandenburgici, Patris Patriæ Optimi, Fe-
licissimi*, quasi gremio tuta ab omni raptorum impetu quiescit tenerrimè.

§. XXXIX. Symbolum ejusdè rei Corona quoq; est, (ultimò nunc bre-
viter attingenda) quam dextrâ velut ovante attollit, hostibusq; omni-
bus invictam suam, & sub *Potentissimæ Aquilæ Brandenburgicæ* alis sal-
vam Virginitatem ostendit.

§. XL. Tandem verò quemadmodum *Corona aternitatis indicium*
F 2 est,

* CVspI De DeCreplI rasI VItlata Vlrago:

10. Maji.

SCILICet Infestè * n(Vpta V)Irago, fCeLVs!

* Nimirum verissimè dictum: -- -- -- Majo nubere mense malum!

(123) *Comment. in Psalm. CXV.* (124) *Städte-Buch Tit. Magdeburg.* (125) im
Schwedischen Lorbeer-Kranz Part. II. cap. 58. p. m. 386. seqq. (126) *The-
atr. Europ. Tom. II. fol. 344. seqq.* (127) *loc. cit.* (128) *Lib. II. Eleg. IV.*

est, propterea quod in rotundum ambitum ducta omni ex parte initium habet, & in se ipsa desinit: (129) ita principium quidem sortita est nostra incluta, idque augustissimum, à Principibus quippe illustrissimis fundata, augustissimamque deinde Augusti Augustæque (130) manu è cineribus restituta; sed tamen finem ante seculi finem consummationemque, (quod boni omnes sperant & precantur) non habebit. Etenim: DEUS ejus fiducia & robur erit, ac premente adversitate auxilium presentissimum. Rivuli fluminis (gratiæ benedictionisque divinæ) exhilarabunt hanc Civitatem Dei, sacrarium tabernaculorum Altissimi. DEUS est in medio ejus, ideò minimè nutabit, opem illi feret DEUS oportunè. Tumultuentur gentes, motus concitent Regna, & tellus, dato fragore, defluat: Dominus tamen exercituum ab ipsa stat, arx sublimis est ipsi DEUS Jacob, Sela.

§. XLI. Atque his aureis divinisimi Prophetæ verbis (131) & Votorum meorum propono Summam, & dissertatiunculæ huic meæ Bono cum DEO, à quo orsus fueram, impono

F I N E M.


(129) *Verbis Sozomeni Libr. V. cap. II. Vid. Joach. Johannis Maderi libellum de Coronis, Nuptiarum presertim, Sacris & profanis, editum Helmstad. Ann. 1662. (130) His titulis & Imperator & ejus Conjux salutatur, quod vide ap. B. Thomafium Tab. de Imperio Romano-Germanico Tab. IV. & XXXIX. & alios. (131) Pf. XLVI. v. 2. seqq.*

Ad CL. DN. PRÆSIDEM,
Amicum suum perquam dilectum.

TEutonicæ dum Parthenopes IN SIGNIA claras,
Quidque sibi ARX, VIRGO, & NEXA COROLLA velit,
Eucleas, clari nomenque & puncta Magistri
Dat Tibi Pierii VIRGO NOVENA jugi;
Et postquam a Musis Tibi summa impôsta COROLLA est,
Eusebie SERTUM spondet & ipsa suum,
Perge, ajens, nostri conscendere culminis ARCEM,
Et dabitur capiti sacra COROLLA tuo.

Boni ominis ergò scrib.

L. JOACHIMUS FELLERUS, P. P.
& Acad. Bibliothecar.



bet,
cly-
ata,
bus
vob
s fi-
flu-
sa-
nu-
tent
tat,

um
um

lum
Ann.
ap.
IX.

P. P.

ULB Halle 3
004 950 02X


1017





Qh. 136, 22.

Vol. XXI

A.

INSIC MAGDE



Celeberrimâ Lipsi

P.

PRÆ

M. JOACH. CHRIS

Neo-Ruppinc

RESPO

SAMUEL HEN

Quedlinbu

Ad d. XIX. Decembr.

H. L.

LIPSIÆ, Literi

[Ant. II, 7086]

d
22

LITHEK

